




1 188 12 98

Pl


Sammelband 24.













Ka 3050<sup>113</sup>

I. N. D. E. D. N. J. C.  
DISSERTATIO

DE

PIGNORIBUS RE-  
RUM PUBLICARUM,

In

UNIVERSITATE FRANCOFURTANA

PRÆSIDE

JO. CHRISTOPH. BECMANO,

D. ET HISTOR. AC POLITIC. PROFESS.

PUBLIC. ORDIN.

PUBLICÆ EXHIBITA

a

GERHARDO HERMANNO Grund /

Stado Bremensi,

In

AUDITORIO PHILOSOPHICO MAJORI,

AD D. XIIX. JULII ANNO MDC LXXXV.



FRANCOFURTI

Impensis PAUL GÜNT. Pfotenbauers / Bibliop. Coburg.

DISSERT. II.





DISSERTATIO  
DE

PIGNORIBUS RE-  
PUMPUBLICARUM.

IN  
UNIVERSITATE FRANCOBURGENSI

JO. CHRISTOPH. HERMANNUS

D. ET HISTOR. AC POLIT. PROFES.

FRANCOBURGI

GERHARDO HERMANNUS

ADITORE



FRANCOBURGI

DISSERT. II.





DISSERTATIO  
DE  
PIGNORIBUS RE-  
RUMPUBLICA-  
RUM.

**R**egnorum ac Rerumpublicarum tutelam peculiariter sibi commendatam habere Divinum Numen, nec forte casuque, sed ejus consilio existere manereque ipsorum destinatas vices, tot illustria ejusdem circa illa Providentiæ exempla Nos dubitare non sinunt. Immo tanta ipsius bonitas, ut plane specialibus mediis sæpe in securitatem magnorum istorum coetuum uti non dedignetur, testibus admirandis illis in initiis & conservatione eorundem Casibus. Cujus quidem singularem materiem cum etiam cœlestia illa PIGNORA RERUMPUBLICARUM præbere plurimis credita sint, eadem in argumentum propositi nostri in præsentia assumere expendereque voluimus. Ac licet pleraque eorum suo se indicio proditura & omnino talia extitura sint, de quibus non incongrue dici possit, quod alias agnovit Tacitus: *Maxima quaque ambigua esse, dum alii quoquo modo audita pro compertis habent, alii vera in contrarium vertunt, & gliscit utrumque posteritate:* Nihilominus



inter TURBAMENTA VULGI, quæ haut ita pridem à Commilitonum Doctissimo sub auspicio Excell. Dn. Præsidis exhibita fuere, pro singulari exemplo saltim locum habebunt, si non tanquam undique vera, attamen ut innoxia & ad conservandam vulgi fiduciam excogitata. Ipse interim tenuitatis meæ conscius digne eam haut tractare me posse non ignoravi, conatum tamen ostendere volui, cum egregia voluisse sæpe laus sit, Lectoremque Benevolum rogo, ut sicubi rebus impar attuli ingenium, pro candore suo mihi ignoscere non dedignetur.

## CAP. I.

PIGNORVM RERUM  
PUBL. EVOLUTIO NO-  
MINALIS.

- |                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                               |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| I. <i>Generalia de varijs significatis Signorum Rerump.</i>                                                                                                                                 | V. <i>Urbes Matrimonii ac Fidei in Gallia: An Reformati eas acceptare potuerint?</i>                                                                                          |
| II. <i>Oppignorationes Oppidorum ac Provinciarum à Rebuspp. aut Principibus factæ. Civitatum Scepusiensium, Orcadum, Vlisfingæ &amp;c. exempla, Consiliaq; de earum reductione agitata.</i> | VI. <i>Oppignorationum Hostiarum Consecratarum examen: De Vladislai Regis Poloniae &amp; Frederici Imp. factis dubia mota; De Ludovico Sancto, Rege Gallia idem assertum.</i> |
| III. <i>Oppignorationes Imperiales, Decretaque Imperij de iis.</i>                                                                                                                          | VII. <i>Pignora Publica Bellorum, Hasta, Galli, Enses stricti à Cruciferis Prussia Vladislao Jagello-</i>                                                                     |
| IV. <i>Pignora Fidei: Cur Spiritus S. Pignus Hereditatis nostræ?</i>                                                                                                                        |                                                                                                                                                                               |



gelloni pœnitendo exemplo missi,  
 Globorum Ivonia à Prefecto  
 Turcico missorum exemplum.  
 LXX. Numus Aureus à Luthero  
 Carolstadio datus, Aurei à Fana-

ticis Delegatis Bocoldi Pseudo-  
 Regis Monasteriensis sparsi.  
 IX. Instrumenta insigniora Rerumpp.  
 Pignora Imperii earundem di-  
 eta.

## I.

**D**E PIGNORIBUS RERUMPUBLICARUM aeturi nec Pi-  
 gnorum, nec Reipubl. natura explananda opus esse autu-  
 mamus, cum omnia ab aliis perspicue planeque exposita  
 sunt, Id tamen initio agendum esse duximus, ut quæ alias  
 de vario usu conjunctarum harum vocum extra præsens institutum  
 nostrum occurrunt annotaremus, indeque ad Arcem Rei, quam tra-  
 ctandam suscepimus, contenderemus.

## II.

Itaque cum Pignus speciali sensu apud Jctos significet Rem  
 pro securitate debiti obligatam, V. Bachov. de Pignor. c. 11. PIGNORA  
 RERUMPUBLICARUM erunt Res ab una Republ. alteri pro secu-  
 ritate debiti obligatae. Sic Sigismundus Hungariae Rex idemque  
 Imperator XIII. oppida Comitatus Scepusiensis Poloniae Regi titulo  
 Pignoris pro mutuo datis LXXXM. Florenorum Pragensium inscri-  
 psit, *Backschai Chronolog. Reg. Hungariae f. 921. Cromer. de Or. & R. G.  
 Polon. L. XVII. fin.* Quarum relictio postea varie in Hungaria deli-  
 berata & ultimo Comitibus Soproniensibus A. M DC LXXXI. ab Ar-  
 chiepiscopo Colocensi recepta. *Siquidem Illustrissimus Dn. Szecheny Ar-  
 chi-Episcopus Colocensis ex singulari suo erga Patriam hanc zelo Arcem Luiblio  
 cum 13. oppidis Scepusiensibus & reliquis eorundem appertinentiis vita sua Co-  
 mite proprio ære (accedente jam etiam benigna Majestatis suae annuentia.)  
 ad rationem consiniariorum Nativorum Superioris Hungariae post mortem suam  
 articulariter destinandis, interea vero donec vixerit per se possidendis, se  
 redempturum sponte compromississet: Ideo pro eadem liberalitate dicto Domi-  
 no Archi-Episcopo Status & Ordines debitas gratias referant, & in eum finem  
 ad Regem & Rempubl. Poloniae certos Commissarios statim post presentem  
 Dietam, illuc cum sufficiente instructione expediendos &c. denominent: V.  
 Artic. Soproniens. XXIV, A. M DC LXXXI. Similiter Orcades à*



Christiano I. Regi Daniæ Jacobo III. Regi Scotiæ Pignori data, donec dos Margaritæ Christiani Filiæ solveretur. *Buchan. Rer. Scot. L. XII.* Quo nomine Legati Danici adhuc in Pacificatione Bredana, A. MDC LXVII. institerunt, nullo quidem cum Successu, reservato tamen integro Regis sui Jure. *Vid. Acta Pacis Bredan. in Diar. Europ. Contin. XX. f. 114. & ex iis Excell. Dn. Pras. Histor. Civ. C. V. §. 11.* Eodem referenda conventio Elisabethæ Reginæ Angliæ & Belgii Ordinum A. MDLXXXV. inita, qua Regina Belgis VM. Pedites & M. Equites in auxilium misit, iisque durante Bello stipendium persolvit, ita tamen ut hi pace composita id rependerent, & Reginæ interim *Vlissingam in Seelandia cum Castello Rammekens & Bredam in Hollandia pignoris loco traderent.* *Artic. III. Convent. Nonesuch, ap. Meteran. L. XII, & Strad. Dec. II, L. VII.*

## III.

In Imperio nostro tales sunt *Oppignorationes Imperiales, Reichs Pfandschafften* ab *Instrumento Pac. Westphal. Art. 5. §. 9.* confirmatæ, donec consensu Electorum, Principum & Statuum aliter statutum fuerit. Cumque ea de re civitatibus Lindaviæ & Wlisenburgo in Noricis antea lites motæ fuissent, in specie decretum, ut reddita sorte *Oppignorationes Imperiales* ipsis ademptæ illico & plenarie restituerentur. Quod etiam autoritate Ferdinandi III. Imperatoris in effectum deductum est. *Knipsch. L. III. CL. VII. n. 9. & ex eo Limneus Enucl. L. IV. c. LX. n. 4.* Talemque Imaginem adhuc tulerunt loca, Neussia, Coesfeld & Neuhaus Dominæ Amaliæ Landgraviæ Hassiæ cautionis loco relicta, ut de solutione promissorum 600000. Imperialium tanto securior esset, eod. *Instr. Pac. Art. XV. §. conventum præterea.* Et Electori Palatino pro cautione Urbs Heilbrunna tradita, donec Franckentalia restitueretur. *Recess. Noriberg. §. quantum ad Urbem.* Inter Status Imperii hoc modo Marchia Electoralibus præteritis Seculis à Justo Marchione Wilhelmo Diviti Thuringiæ Principi acceptis 400000. Sexagenis Bohemicis, & Neomarchia ab eodem Equitibus Teutonicis oppignorata; Sed illa à Sigismundo Rege, hæc à Friderico II. Electore redempta. Eodem titulo Johannes II. Elector Brandenburg. Ducatum Crosnensem in Silesia primo ab Henrico Pio Duce Vratislaviensi Pignoris loco accepit. *Just. Genealog.*



log. March. Brandenb. in Job. II. Similiter Præfecturæ Stradæ Montanæ Starckenburg / Happenheim / Landsheim / Merlebach / Lorsch à Dietro Electore Moguntino A. M CCCCLXIII. pro 100000. florenis tunc Regenti Electori Palatino Friderico I. cum pacto perpetuæ reuisionis oppignoratæ fuerunt. Quas durante Bello tricennali Elector Moguntinus non tantum recepit, sed ab Instrumento Pacis adjudicatas retinuit, dummodo pretium Oppignorationis sponte oblatum intra terminum Executioni conclusæ pacis præfixum parata pecunia exolveretur, cæterisque ad quæ juxta tenorem literarum oppignorationis teneretur satisfaceret: Id quod etiam Anno MDCLI. præstitum. Vid. Burgold. ad J. P. Part. 1. Disc. XXVII. Alias vero eodem Instr. Pac. cautum, ut quæ Bona Status Imperij sibi invicem Pignoris jure ante hominis memoriam obligauerunt, in iis reuisioni aliter locus non detur, nisi possessorum exceptiones & merita causarum sufficienter examinentur. J. P. I. sap. cit. Idemque in nupera controversia reuisionis Præfecturæ Mollensis inter Ducem Saxo-Lauenburgicum & Lubecenses observatum.

## IV.

Generaliori hucque propius facienti sensu PIGNUS est res seruandæ fidei seu promissi confirmandi causa Promissario tradita, cui Arrha & Arrhabo æquivalent. Unde Arrha sponsalitiæ in sponsionis mutæ confirmationem datæ: Annuli pronubi tanquam fidei PIGNORA, quemadmodum Annulum Pharaonis Josepho datum Philo Evag. γέσαρν δέρυαα τῆς εως nuncupat, h. manifestissimum fidei signum. L. de Joseph. f. 427. Ipseque Spiritus S. hoc modo dignatus est se PIGNUS constituere non Reipublicæ, sed magnæ illius Societatis credentium, qui ideo Arrhabo hereditatis nostræ, vel ut Vulgata vertit, PIGNUS hereditatis nostræ, das Pfand unsers Erbes vocatur Eph. I. 14. h. reliquæ gloriæ & cæterorum bonorum, quæ non in hac, sed in altera vita nobis sunt expectanda. David. Rung. in h. l. Quo faciunt Augustini verba: Aliquid Spiritus dedit pro PIGNORE, ut ipsam plenitudinem desideremus. Conf. II. Cor. V. 5. Ubi Christianis in Arrhabonem datus esse dicitur, idque iterum, ut notant Commentatores, tum in confirmationem promissorum Dei, tum ad necessitatem officii nostri indicandam. Est enim Arrha Oppignoratio, qua utrinque constringuntur,



*tam qui dedit; quam qui accepit: Cum dat spiritum suum Deus in corda nostra, hac se nobis subarrhatione constringit, quod nolit nos deserere, sed pro suas agnoscere in sempiternum; Et nos illi, dum arrham hanc accipimus, in peculium ipsius & jus proprietatis adstringimur, quod nolimus nos unquam possessioni ac furi illius subducere, factamque oppignorationem in certam reddere. Muscul. in II. Cor. II. v. ult.*

## V.

In humanis hujusmodi PIGNORA PUBLICA, seu REIPUBLICÆ fuerunt Urbes servandæ fidei causa Reformatis ad custodiendum in Gallia concessæ, quas ea propter URBES MATRIMONII ac FIDEI, item *Villes d' Ostage* dixerunt, primo impetratæ à Carolo IX. *Edicto S. Germani in Laia Ann. M. D. LXX. Art. XXIX.* acceptis *Rupella, Montalbano, Cognaco & Chariteo.* Auctæ deinde ab Henrico III. A. MDLXXVI. Pace cum Alençonio Fratre & Reformatis facta, qua cum præfidia ex omnibus locis primo quoque die dimitti velle statuisset, edixit tamen certis de causis Catholicis Confœderatis & Reformatis octo Urbes relinquere, *Aguas Mortuas nempe & Bellocayrum in Occitania, Perigordium & Masverdunium in Aquitania, Nisivum & Serram in Delphinatu, Issoriam in Arvernia, Sicuam in Provincia,* de quarum Urbium custodia Aleçonius, Navarræus, Condæus, Anvillius, & ii quorum fidei eas demandari contigit, periculum præstarent. *G. Arthus Mercur. Gallo. Belg. T. II. L. III. ad Ann. 1576.* Sed illi jam dudum experti fuerunt, quod Henricus IV. de Urbibus hisce, ipsis dixit: Securitatem Subditorum suorum in se solo positam esse, illisque regerentibus, se hujusmodi oppida ab Rege Henrico III. obtinuisse, *per ventrem S. Leucophæi, inquit, ea tunc erant tempora, quibus ille vos timebat, nec amabat: ego vos amo, nec timeo.* Contin. *Thuan. L. III. ad A. M. DCX.* Interim sine injuria urbes tales petere & accipere potuerunt, non adeo à Rege, quam per Regem à Republ. asperitate zelotarum in partes scissa: Locumque hic invenit, quod alias de Republ. in partes divisa observatur, utramque partem veluti nomen Reipubl. sustinere: Cum Cives sint tam qui hanc, quam qui illam sequuntur.

## VI.

Inauditum Pignus fidei est, quod Vladislaus Poloniæ ac Hungariæ



gariae Rex Induciis decennialibus cum Amurathe Imp. Turcico pacis addidisse dicitur, Hostia nimirum consecrata. Sic enim refert Leunclavius: Commemorari ab aliquibus Historicis Christianis, poscente Murathe certum aliquid à Vladislao Rege pacis inviolabiliter observanda documentum, profano quorundam consilio traditam ei fuisse Hostiam, Ecclesiastico ritu consecratam: ne scil. ullo modo de fide voluntateque Regis, accepto tam Augusto Pignore dubitaret. Postea vero perturbatis ut dictum Induciis, quum ad arma deducta res esset, ac praelio Varnensi laesis in utroque cornu Murathae in extremo res Turcorum discrimine versarentur: Murathem è sinu prolata Christianorum hostia, & erectis ad caelum oculis, in huiusmodi quadam prorupisse verba, Christe si Deus es, ut Christiani tui de te perhibent, vindica perfidiam tuorum, qui te mihi dedere pignori, nihiloque minus adeo religiose sancitam pacem per summum scelus violarunt, quibus in hunc modum ab ipso prolatis, ea scil. evenerint, quae tam ab Hostibus, quam à nostris recitantur. Leunclav. Pandect. Turc. f. 327. Ejusdem meminit Phil. Bosquierus veget. Christian. L. III. tecto tamen Vladislai nomine: Christianos aliquando ipsi Turcarum Imperatori Christum sic in Sacramento Obsidem dedisse, & laesa fide, tunc Turcarum Imperatorem illum è sinu suo protulisse invocasse atq; invenisse Protectorem, praelio flagrante, cum scil. Christiani ad Varnam fidem illi violassent. f. 221. Plerique tamen alias huius rei circumstantias produnt. Polonici Scriptores eam plane praetereunt. V. Cromer. Dec. Matth. à Michovia in Histor. Vladislai. Ex Hungaricis Bonfinius refert Turcas Juramentum in Eucharistiam, postulasse, Gregorium Savorem vero adversatum fuisse, ne arcana Mystera, quae nulla ratione, nisi fide tantum pura munita sunt, infidelibus proderentur, conventumque tandem esse utrinque ut in Evangelio nostri; illi in Alcorano jurarent: Scriptis igitur eodem argumento lingua tamen duplici conditionibus Pacis eas inter se perpetuas inviolabilesq; fore sanctissime utroque Juramento asseverasse. Dec. L. VI. fol. 457. Tunc vero rupto nihilominus foedere & inclinato Amurathis Exercitu, depromptum è sinu Codicem initi Sanctissimi Foederis explicuisse internisque in caelum oculis: Hac sunt (inquit ingeminans) Jesu Christe Foedera, quae Christiani tui mecum percussere, per numen tuum Sancte jurarunt, datamq; sub nomine tuo fidem violarunt, perfide suum Deum abnegarunt. Nunc Christe, si Deus es (ut ajunt & nos hallucinamur) tuas measq; hic injurias,

Diss. II.

B

te





te quaeso, ulciscere, & his qui Sanctum tuum nomen nondum agnovere, violata fidei Pœnas ostende. Vix hac dixerant, qui ultimum in se impetum expectabat quam praelium, quod anceps ac dubium diu fuerat, inclinare cepit. Anton. Bonfin. *Rer. Hungar. Dec. III. l. VI. f. 464.* Hieron. Ortelius Amurathem aspecta in vexillo Crucifixi imagine vindictam inclamasse scribit: *Chron. Hungar. part. 1. f. 45.* Als aber Amurathes / so auch fliehen wollen / in einer Fahnen eines Crucifixes ansichtig worden / hat er über laut geschrien: Du gecreuzigter Christe / bist Du Gottes Sohn / so schütte Deinen Zorn über den König und sein Volk / der den Eid / welchen er bey deinem Namen und Evangelio geschworen / so schändlich gebrochen hat; Darauff sich das Glück gewendet / und eine Veränderung des Sieges erfolget. Itaque in certo est illa Hostiæ à Vladislao facta oppignoratio. Nec minus rejiculum, quod *Joh. Carolus Veranus* in *Histor. Brundusii de Friderico Imperatore* refert: Ipsum à Turcarum Rege captum consecratam Hostiam victori pro obside dedisse, donec pecuniam grandem pro se redimendo promissam attulisset: Numulis Turonensibus quoque navi oppleta ad Turcarum Regem in Asia rediisse: Deinde Obside Sacrosancto redempto cum retrocederet, Turri cuidam Brundusinae nunc Caballi nuncupatae Ventorum vi appulisse Hostiamque ex ea Turri ad Maris litus posita in Urbem asportandam curasse; Indeque Brundusii morem hucusque observatum, ut quotannis in Solennitate Corporis Christi Sacramentum Equo Albo pulcherrime phalerato per Urbem deferatur, ap. *Angel. Rocham Comm. de S. Corp. Chr. Rom. Pontif. inter confitentibus præferendo. p. 1. f. 16.* Plane falsa enim est, nec ullo idoneo Teste comprobata illa Friderici captivitas, eoque una ruit jactata à Verano oppignoratio. At qui vere consecratam Hostiam oppignoravit, fuit Sanctus ille Gallorum Rex Ludovicus IX. Is enim pro debito quater mille auri librarum redemptionis sui causa Saracenis solvendarum Hostiam ac Ciborium tanquam preciosissima sua in Hostium potestate reliquit: Quæ quidem antequam in Franciam rediret, soluto auro recepit, inde tamen est, quod in Ægypti insignibus ex eo tempore conspecta sit Hostia cum Ciborio, in gravis nimirum istius victoriae captivitasque Ludovici memoriam. *Vid. Joh. Serranum Inventar. Hist. Franc. in Ludov. IX. fol. 130.* Nec mul-



multum dissimilis est actus Balduini Junioris Imperatoris Constanti-  
nopolitani, qui *Passi Domini monumenta, in quibus Sertum spineum, ut  
Socerum Brennum Solimorum Regem Bellumque Græcum juvaret, Venetis  
grandi pecunia accepta velut oppignoravit. Illud nomen luis Rex Francus:  
Sanctissimumque PIGNUS, an depositum, in Franciam allatum,*  
officii causa occurrens, reverentissime excepit. Magna nunc  
quoque religione Lutetiæ visuntur. *Æmil. Hist. Gall. in Ludov. IX. f.  
212.* Sed quisquis tandem fuerit Princeps, qui id ausus sit, Oppi-  
gnoratio certe talis Hostiarum non potuit sine Religionis Christia-  
næ ingenti profanatione fieri, seu enim ex hypothesi Transsub-  
stantiationis Pontificiæ crediderunt, Hostiam in corpus Christi trans-  
mutatam esse, quid indignius, quam eum qui omni potestate hu-  
mana major est potestati alterius subicere: Seu Sigilla saltim spiri-  
tualis gratiæ, nihilominus in Deum injurii fuerunt, cujus instituta  
ad usus tam profanos transtulerunt. Nam si in humanis etiam ali-  
enationes Patrimonii Populi partiumve ejus à Populo factæ ipso Ju-  
re nullæ sunt, ut factæ de re aliena, vid. *Grot. J. B. II. XIV. II. 1.* quan-  
to injustius fuit, in Divinis id profumere, in quæ hominibus nul-  
lum Jus esse potest. Ac licet quidem in casu necessitatis Calices alia-  
ve instrumenta sacra divendere; Sed ideo quia bona ejusmodi Ec-  
clesiastica revera non eximuntur humanis usibus, sed sacra tantum  
à fine dicuntur. *Grot. L. III. V. II.* At Sacramenta nulli humano  
h. seculari usui subjecta, sed mere Sacra divinaque sunt. Igitur,  
sine enormi profanitate actus isti non constiterent, sed fuerunt reve-  
ra contrectationes rei alienæ. Accessit contemptus periculum, in  
quod oppignorata Sacramenta apud infideles inciderunt, quod  
verissime est Sacra canibus h. *τοῖς ἐξω*, Margaritas porcis objicere.  
*Quid aliud fuit, inquit Petr. de Reva, cum Oppignorationis à Vladis-  
lao factæ ex Pbil. Bosquiero meminisset, quam legitimum Sacramenti u-  
sum horrendo abusu profanare, & quia Crimen violationis conventorum,  
communi consuetudine in Obsides redundare solet, annon fuit Christum,  
(etiam secundum illorum placita, qui in Hostia consecranda extra usum verum  
Christum esse profitentur) sub Jus Barbaricum prodere, Deum pro populo  
suo spondentem ludibrio hostium exponere? De monarch. & Jur. Cor.  
Hungar. Cent. V. f. 37.* Certe si Christianos privatos capitaliter puni-



ri oportuit, ob Hostias Judæis venditas, Oppignoratio talis non leve delictum esse potest, utrinque enim translatio Juris nostri intercedit, in venditione tantum perpetua, in Oppignoratione temporaria. Neque dubitamus, Divinam Nemefin, si quid veri subest, Cladi Vladislai vel hoc nomine intercessisse, quæ tantum abest, ut Christianos sui contemptores impunitos dimittat, ut ne injuriam quidem Idolis Ethnicis illatam sine vindicta relinquat, si constet ipsa vel Idolea eorum, non quia Idoli aut Idoleis destinata, sed quia Sacra essent, petita fuisse. Injuria enim Sacris, qua talia sunt illata, quomocumque cultores eorum in Subjecto errent, in veri Dei ignominiam cedit.

## VII.

Fuere & Bellorum PIGNORA omnibus seculis usitata, PUBLICA & RERUM PUBLICARUM ideo dicenda, quia Bellum non nisi autore eo, qui publicam auctoritatem habet, geri potest. Tales extiterunt *Hastæ*, eademque sæpe *Sanguinea*, apud Romanos aliasve Nationes. Sic Carthaginenses cum Bellum vellent, Romam *Hastam* miserunt: Et de oppugnatione Amidæ urbis *Amm. Marcell. L. XIX. Vixq; ubi Grumbates Hastam infectam Sanguine, ritu patrio, nostrig; more conjecerat fecialis, armis exercitus concrepans involat in muros. Quod tamen mediis seculis mutatum & pro Hasta Gallus objectus fuit, teste Tzetze Hist. Chiliad. V. c. 15.*

*Olim genus quidem Romanorum Latinorum  
Non committebat Bellum absq; præone ad Gentem;  
Sed in Regione prius Gentis hostilis  
Hastam Signum projiciebat inimicitia principium significans:  
Postea vero incipiebat Bellum contra illam gentem,  
Hoc inquit Diodorus, omnesq; Latini scribunt,  
Et hic quidem erat antiquus mos Belli:  
Nunc autem ut mihi videtur cessavit, Gallum vero tantum  
Projiciunt ijs, quibus cum Bellum sunt commissuri.*

Conf. *Lindebrog. in cit. loc. Ammian. Marcellin. Cel. Rhodig. Antiq. Lect. L. XX. cap. 6.* Ensum loco PIGNORIS, aut Arrhæ talis transmissorum singulare exemplum extat apud Scriptores Rer. Polon. & Prussiæ de ingenti illa clade Cruciferorum, qua à Vladislao Jagellone affecti fue-



fuerunt. Acie nimirum utrinque constructa, scribunt venisse duos Caduceatores, deductosque ad Regem fuisse, quod mandata ad Regem à Magistro ferre se significarent. Hortabantur autem ij Regem Magistri nomine, ne tam cunctanter & meticolose pugnam iniret, & quo in cunctantius faceret, duos gladios strictos & cruentos (quemadmodum Carmen vulgare de pralio hoc compositum, quod in hanc usq; diem extat habet) ei & Vitoudo obtulere, ut vel iis adversus Cruciferos uterentur. Ne quam vero angustiarum ad explicandos ordines excusationem neckerent, neve inter nemora latitarent, concessurum ipsis esse Magistrum plus campestris spacij. Hec tam Superba mandata, dum Caduceatores exponunt, interea Crucefericus exercitus, ut fidem dictis eorum prestaret, non modico intervallo retrocessit. Rex (nam Vitoudus aberat, Lithuanicam aciem obequitans) communicato cum his quos circa se, quemadmodum diximus, habebat, consilio, placide & modeste Caduceatoribus respondit; Quamvis armorum satis habeat in exercitu, accipere se tamen in Dei nomine gladios, contumeliae causa ab Hoste missos, atq; ita accipere, ut omen victoriae, quam sibi armorum traditio portendat. Nunquam se quidem à pace abhorruisse: Sed quando Bellum mallent Cruciferi, & Sanguinem Christianum tantopere sitirent, sperare, mansuetudini suae & iustiori cause, Divinum auxilium affuturum, ac de illis condignas crudelitatis atq; superbiae poenas expetiturum. Omnem autem eam rem una cum electione campi, se divinae sapientiae & iustitiae committere. Accepti gladij in Arario, in hanc usq; diem asservantur. Cromer. Rer. Polon. L. XVI. fol. 657. conf. Casp. Schutz. Chron. Pruss. L. III. f. 112. nec fefellit Vladislaum opinio, victoriam namque insignem à Cruciferis reportavit viresque eorum adeo accidit, ut integras nunquam receperint. Globorum eodem fine transmissorum exemplum est in Bello celebris istius Ivoniae Wallachiae Principis cum Selimo Imp. Turcico, cui Brailoviae deditio-nem poscenti Praefectus arcis, per quatuor Turcici sanguinis respondet, ac simul Ivoniae decem globos grandes tormentarios, totidemque minores, cum duabus Sagittis mittit: Ipsum huiusmodi ferculis iisque una cum exercitu suo pastum satiatumque iri, sed postea ructaturum esse, vid. Leonb. Gorec. Descript. Bell. Ivon. fol. 83. T. III. Scr. Rer. Pol.

## VIII.

E Privato-publicis iisdemque Sacris certaminibus huc referen-



dus Aureus ille, quo B. Lutherus loco arrhæ Carolstadium ad scribendum publice contra se animavit, cujus facti narratio Germanica exstat *Tom. II. Jen. Germ. Luther. fol. 492. & seqq.* Quam narrationem Lutherus quidem literis ad Spalatinum profitetur mendaciis mixtis cum veritate constare, attamen aliis literis ad Carolstadium scriptis eodem anno M. D. XXIV. ipse indicat se pactum fuisse cum Carolstadio de hac re disputare. Vid. *T. II. Epist. Luther. f. 203. & init. L. II. contra Cœlestes Prophetas* profitetur se illos aureo Nummo ad pugnam elicuisse. *Haben nu lange gemucktet / und noch nie herfür gewolt / biß ich sie mit einem Gûlden heraus gelocktet habe / das ist von Gottes Gnaden wohl angeleget / und reuet mich nicht. T. III. Jen. Germ. f. 65.* Quo loco etiam stabunt *Nummi Aurei*, quos Anabaptistæ Monasterienses in vicinas urbes sparsisse leguntur, in signum rejectæ ab ipsis Pacis. Emiserat Bocolodus viginti sex ad docendum fictitium Evangelium suum, eosque ita partitus fuerat, ut septem Osnabrugam, Sex Coesfeldiam, quinque Varedorpium, octo Sufatum peterent. *Abeuntibus vero singulis adnumeratum fuerat viaticum à Rege Aureus Nummus IX. aureorum, qui postquam ad portas memoratarum urbium pervenire, eas cum hujusmodi horribili ruditu sunt ne ingressi (qui mos ei genti erat:) Resipiscite quoniam tempus breve est, quo Pater nostri velit misereri. Etenim Securis ad radicem arboris admota est, sin pacem hanc repudiaveritis, brevi futurum est, ut Pater vos sit eradicaturus. His ruditibus cum omnium mortalium ora & mentes in se convocassent, magni motus exorti perculerunt civitates: Arripiuntur & ad dicendam causam in Senatu adducti, palliis solo instratis, projectisque aureis nummis: Missi, inquiunt, huc sumus à Patre, ut Evangelium vobis traderemus, id si receperitis, omnes facultates vestras in medium conferre, & communes facere oportebit. Sin id facere recusetis, testamur hoc ipso PIGNORE DEum, vos ejus pacem aspernatos fuisse. Lambert, Hortens. de Tumult. Anabapt. T. II. Ser. Germ. Schard. f. 1316.*

## IX.

Est etiam, ubi Instrumenta Publica ad Fundamenta Rerum-publicarum pertinentia PIGNORUM talium nomine donata inveniuntur. Sic Fœdus Ultrajectinum Belgarum, quod instar Legis Fun-



Fundamentalis ipforum est, appellat *Baudius*: Hoc esse quasi *PIGNUS IMPERII*, hoc *Palladium publicæ Securitat*: Omnia potius extrema sibi experiri certum esse, quam ut à tali præsidio propositog, sese demoveri pateretur. De Induc. Belg. L. 1. Et eodem L. Authenticum Ratihabitio- nis Regiæ Instrumentum simili appellatione honorat; Ut *Sacrum*, illud *IMPERII PIGNUS* sine omni cura recipienda cautionis aut stipulanda re- stitutionis Ordinibus utendum, fruendum concrederet.



## CAPUT II.

# GENERALIA DE NATU- RA PIGNORUM RERUM PUBLICARUM.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                                                             |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>I. <i>Definitio Pignorum Rerumpubli-<br/>ca-<br/>rum.</i></p> <p>II. <i>Non repugnantia eorundem.</i></p> <p>III. <i>Origo ipforum Cœlestis.</i></p> <p>IV. <i>Summaque hinc reverentia ipfis<br/>exhibita.</i></p> <p>V. <i>Et in abdito collocata.</i></p> <p>VI. <i>A personis eminentibus custodita.</i></p> <p>VII. <i>Finis ratioq, ea instituendi.</i></p> | <p>IIX. <i>Effecta.</i></p> <p>IX. <i>Analogia quam cum Sacramentis<br/>inducere videntur.</i></p> <p>X. <i>Discrimen ab iisdem.</i></p> <p>XI. <i>Incertitudo plerorumq, : Quorun-<br/>dam initia plane illicita.</i></p> <p>XII. <i>Quæ ratio ea tolerandi vel impro-<br/>bandi ?</i></p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

I.

**H**Actenus Evolutio Nominalis argumenti nostri: Rem ipsam quod attinet, *PIGNORA RERVMPUBLICARUM* quæ vocamus, sunt *Res externæ eximiam Gratiâ Divinam erga Res- publicas obfignandi causa cœlitus destinata.* *Res externæ obfignan- tes* dicuntur, verbo *Sigilla*, h. *Symbola confirmantia, vel certos red- dentia vel potius constantia, in discrimen à Signis, quæ notificant quidem, sed non certificant, seu obfignant, quomodo Græci Voce*

σφεγ-



σφεγγῆς utuntur. *Gratiam DEI*, h. benignitatem, qua Deus Creaturis suis bene vult: *Generalem* nempe istam, qua Creaturis suis Bona Naturæ, Animi, Corporis, & Fortunæ tribuit, Eoque *Temporarium*, non Salvificam, quæ Deus Homines in peccatum lapsos & à Filio suo redemptos amat, & ad salutem æternam promovet; Nec tamen *Universalissimam*, qua Bona etiam curam gerit *II. Cor. IX.* & gramina vestit *Matth. VI. 30.* Sed *specialiorem*, qua unam alteramve creaturam in specie amat; Et quidem *Eximiam*, h. majori gradu se exerentem; veluti enim Bona Inæqualia sunt, quæ Deus creaturis attribuit, ita respectu eorundem Deus inæqualiter Creaturas has illasve amat, eoque Hominem præ aliis Creaturis, quippe imaginem suam gerentem; *Carissimos Nos habuerunt Dij immortales, habentque, & qui maximus tribui honos potuit, ab ipsis proximos collocarunt: Senec. Benef. II. 29.* Et Hominum cœtus præ uno vel paucis, utpote Genus Humanum representantes, *Deliciae meæ in Familiis Hominum. Prov. IIX. Quantopere diligit Populos! Deut. XXXII.* Quo pertinet Augustini illud *Tr. c. X. in Joh. Omnia diligit Deus quæ fecit, & inter ea magis diligit Creaturas Rationales, & ex illis eas amplius, quæ sunt membra Unigeniti sui, & multo magis ipsum Unigenitum suum. Rerum publicarum* porro nomine usi fuimus, desumpta à potiori denominatione; Nam alias & penes Familias quasdam talia Pignora videre est, quarum mentio in progressu fiet. *Cœlitus destinatas* denique vocavimus, ad indicandam ipsorum originem, seu veram, seu præsumptam, de quo seq. §. III. pluribus.

## II.

Credidimus opus fuisse, ut Definitionem PIGNORUM nostrorum eoque Quid sint, *Quæstioni* An sit præmitteremus: Nam in plerisque eorum Veritas si non in incerto est, difficilem tamen videbitur habere disceptationem; Sed quoniam in Definitionibus res non secundum existentiam, verum potentiam moralem spectari solent, satis erit agnosci Non-repugnantiam talium PIGNORUM. Nam 1. Si Deus alias Signis specialibus Homines particulares Gratia suæ in Temporalibus certos reddidit, nihil obstat, quo minus & integris cœtibus constantia ejusmodi Symbola relinquere potuerit, vel possit. Sic Ezechia Signum Solis Retrogradi posuit *Jes. XXXIIX. 8.*

Gi-



Gideoni Rorem in vellere. *Jud VI.* Tribui Levi & in ea Aharoni florentem Virgam Amygdaliam. *Num. XIII.* Et Achaso Regi iratus fuit signum petere recusanti. *Jes. VII. II. 12.* II. Deus toti Generi Humano Iridem pro constanti Symbolo posuit de non immittendo amplius Diluvio. E particularibus cœtibus quoque Symbola alia dare potuit. III. Accedit Deum specialem curam Rerumpp. gerere, utpote in quibus quicquid inter Homines perfectissimum est maxime elucet, & per quos jura sua inter eosdem exerceri vult. Quid vetat ergo, quo minus & specialia Signa curæ hujus uni alterive impertierit, vel adhuc impertiat. IV. Deus insuper Ecclesiæ Sigilla Gratia suæ Salvificæ dedit, Sacramenta nimirum: Cur non ergo etiam Gratia Temporalis quædam Signa integris Cœtibus Hominum dare possit?

III.

Non repugnat ergo dari ejusmodi PIGNORA: Quorum explanationi dum porro accingimur, notamus, Ea sibi Originem vindicare Cœlestem. Sicut enim solius Dei est conferre gratiam Creaturis: Ita etiam ejusdem est PIGNORA talia instituire; Neque illa etiam aliunde vim & autoritatem habent. De Arca Fœderis, PIGNORE Sanctissimo & fere unico nullum dubium. V. *Exod. XXV. 10. & seqq.* De Ancili Romanorum *Plutarch. in Num. Ἰσορείται χαλκὴν πέλτην ἐξ ἄραων καταφεργιδίω εἰς τὰς Νεμῶν πεσεῖν χεῖρας:* Tradunt Peltam Æneam in manus Numæ cœlitus delapsam. De Palladio *Apollodor. Biblioth. L. III. Ἴλῳν condita urbὲ Ἰλίου Ἰοῦν πρὸς τὸν Ἰοῦν, ἵνα τὸν Ἰοῦν ἐπιπέσειν τὸν Ἰοῦν, ἵνα τὸν Ἰοῦν ἐπιπέσειν τὸν Ἰοῦν, ἵνα τὸν Ἰοῦν ἐπιπέσειν τὸν Ἰοῦν:* Ilum condita urbe Ilio Jovem precatum, ut Signum sibi aliquod ostenderet, postridie à Jove demissum Palladium ante Tabernaculum conspexisse. Imaginem Dianæ Ephesinæ *Διοθετὴν* dictum videbimus *c. IV. §. IV.* De Ampulla Remensi Pius II. P. M. *Comm. L. VI. Ann. M. CCCC. XXIX.* Opinantur Gallici candidam olim Columbam è Cœlo missam B. Remigio Liqueorem Olei attulisse. Et Balthasar de Vias Silva II. *Quum Cœli perfecit opus, cui Numina summam imposuere manum.* ap. *Chifflet. de Amp. Rem. c. I.* Add. Olai *Borrichij Carmen de Danebroga c. IV. §. VI.* Quæ tamen quam suspecta, sæpe nulla sint, in speciali enarratione singulorum *c. IV.* videbitur. Hic satis est ejusmodi originem prodi, qualem quæ vere talia sunt, non possunt non habere, ficta, ut fidem sui faciant, non minori necessitate præferre oportet.

Diff. II.

C

Hinc



## IV.

Hincque summa illis reverentia exhibita, utpote sublimiori autoritate munitis, Beneficioque ab iis sperato fruendi causa. Vere enim Symachus: *Benignitas superioris, nisi cultu teneatur, amittitur. L. I. Ep. XL.* A quo cum solo visu Bethsemitæ, Usa facto resiliret, dum manum ad tenendam Arcam improvide extendit, misere perierunt. De prioribus *Hugo Victor; Non reverenter, neq; cum timore, ut tantam rem decebat, sed audacter irruentes respexerunt.* At utrumque referetur, quod *Arrianus* scribit in *Epietet. L. III. c. XXI.* *Non ea Tibi vestis est, quæ Sacrorum Antistitem deceat, non cornu, non strophium, quale requiritur &c.* Alio modo ad hæc accedendum est: *Magna res est, Arcanum est, non pervulgatum, nec ejus generis, quod cuivis communicetur. Add. seq. c. III. §. II. & XV.*

## V.

Et in abdito collocata, intendendæ venerationis gratia. *Omnia quæ ostenduntur per aliquod velamentum, majorem & præclariorem ostendunt veritatem, sicut fructus, qui in aqua pellucet, & formæ, quæ per tegumenta concedunt aliquem sui splendorem. Clem. Alex. Strom. L. V.* Tunc ne sensibus objecta vilescerent. *Sordere vis Divina; vulgo fac palam: Ait Poetarum non nemo. Sic persona Regis apud Persas sub specie majestatis occultata. Justin. L. II. c. I.* Et Tiberio major è longinquo reverentia, ap. *Tacit. Ann. I. XLVII.* Qua de causa & Aharoni proculdubio interdictum fuit, ne quovis tempore ingrederetur Sanctum Sanctorum *Levit. XVI. 2.* Ne præsentia Domini assuetudine & frequenti ingressu vilesceret Sanctitas *Pellican. in b. l.* Notantque hanc in rem Interpretes Sacri, in Sancto Sanctorum Tabernaculi ac postea Templi nullam Fenestram, Lucernam aut Lucem fuisse, ob reverentiam Arcanorum ibi custoditorum, eaque Deum à nemine, ac ne à Pontifice quidem conspici voluisse: Hunc quoque id ingressurum propterea jussum fuisse Thymiam adolere, ut aspectum eorum, quæ ejus revelaret ingressus, nubes velaret incensi. *Corn. à Lap. Comm. in c. I. Levit.* Idemque aliorum quoque Populorum moribus receptum: Unde de Palladio *Herodianus: 'Ο κενωτὸν καὶ ἀόρατον σέβει Ρωμαῖοι.* Romanos id occultum neminique videndum coluisse, & Heliogabalum injuste in Cubiculum suum transfuisse, que-



queritur. *Vit. Heliogab.* Apud Gentiles alia abjectior ratio accessit, nequis ea clam furriperet, vel ut Numa autumat, nequis Fur commode cœlestia intervertere valeret. ap. *Plutarch. in Num.*. Sed solis Infidelibus digna; Deus enim si tantis beneficiis dignatur homines, ad eadem conservanda benignissimus, & adversus quæcunque pericula defendenda est potentissimus, talique cura minime eget. Conf. quæ de inconsulta sollicitudine Ufæ dicentur c. III. §. XV.

## VI.

Ex eadem causa & custodia ipsorum non nisi personis eminentibus concredita, autoritate quippe fideque magis conspicuis. Sic Ancile Romanorum concreditum Saliis Sacerdotibus, qui & Mense Martio hoc una cum aliis Sacris Peltis saltando per Urbem circumgestarunt. *Plut. in Num.* Palladium apud Trojanos Sacerdoti Minervæ, à qua & Græcis proditum scribitur. *Cedren. f. 108.* Et Arcæ Fœderis custodia ipsi Aharoni ac Filiis ejus peculiariter mandata fuit. *Ingredientur Aharon & Filij ejus, quando movenda sunt castra & deponent velum, quod pendet ante fores, involventque eo arcam Testimonij. Num. IV. 5.* Valebitque proinde hic, quod de Mysteriis *Chrysostomus* ait: *Hi quibus Mystera creduntur, magni utiq; sunt: Nam si Rex nobis Temporalis mysterium crederet, nonne id singularis amicitie ac familiaritatis indicium, certumq; argumentum habuerimus. Homil. II. in. 1. Tim.*

## VII.

In Finis consideratione primo *Finem qui*, ex Scholasticorum loquendi more, videbimus, qui est obsignatio eximix Dei Gratix circa salutem Reip. Sic de Ancili suo Numa: *Ex Egeria se & Camœnis accepisse, esse ea Arma ad Salutem Urbis missa, ab Plut. c. l.* Et de Palladio *Cedrenus*: *Νικήφορον ὁ Φασὶ καὶ ἀνάλωκεν διατηρῆν τὴν πόλιν ἐν ἧ δόποιται*, Urbem in qua esset inexpugnabilem conservare. Deinde est *Finis cui*, qui est Populus; Is namque cum parvum admodum habeat Genium, ut alias ex Dione Chrysoft. notavimus *Diff. de Turb. Vulg. c. I. §. VII.* per externa ac sensualia maxime ducitur. Quod ipsum est, quod Chrysostomum, Theophylactum, Oecumenium ad Act. XIX. 35. de Gentilium ejusmodi imaginibus annotasse legimus, Cœlestem ipsis Originem attributam fuisse, *πρὸς κατάπληξιν τῶν ἀκεραυοτέρων, in terrorem simpliciorum.* Conf. in primis *Svidæ* ver-



ba *seq. c. IV. §. IV.* Et omnino verum est quod *Augustinus* scribit *c. Faust. LXIX. c. XI.* *In nullum nomen aut verum aut falsum coagulari Homines possunt, nisi aliquo Signaculorum vel Sacramentorum consortio colligentur.* Idque de ipsorum Sacramentorum institutione Theologi observant: Deum ea instituisse, ut essent Signa, quibus Homines vel maxime crassi & rudes excitarentur ad certo sibi persuadenda promissa DEI, & ut ejusmodi Signis in rem ipsam promissam veluti præsentem adducerentur. *Si effes Spiritualis, Deus Dona sua spiritualia tibi spiritualiter proposuisset: Nunc vero cum anima sit Corpori alligata, Dona sua spiritualia per corporalia proponit,* inquit *Chrysostomus.* Conf. *Bucan. L. XLVI. Q. IV.*

## IIX.

Hinc & Effectum illud nobile secutum, Fiduciæ nempe in animis Hominum singulare augmentum, eoque in rebus gerendis alacritas tanquam adminiculo melioris naturæ fretorum. Sic Hebræi exclamarunt Arca in Castra adducta, spem Salutis futuræ ab ea sibi promittentes, Philistæi è contrario animum abjecerunt. *1. Sam. IV. 3. & 5.* Quod ipsum effectum Sacri Interpretes itidem Sacramentis tribuunt, veluti *Gregor. Nazianzenus* Baptismum vocat *ἔγεισμα πίστεως*, adminiculum vel fulcrum fidei, tanquam quo fides nitatur, quo ve hominis fiducia erga Deum excitetur. Vid. *Whitaker. Præl. de Sacr. Q. I. c. V.*

## IX.

Namque videntur etiam PIGNORA hæc Analogiæ quandam speciem cum Sacramentis induere, cum æque ac Sacramenta præferant suum Materiale vel Relatum, Rem externam nempe ac sensibilia seu Signum, & Correlatum seu Rem significatam, gratiam nimirum, qua Deus Republicas prosequitur; Formale item mutuam illam habitudinem sive unionem inter Signum & Signatum; Finem insuper Obsignationem Promissionis Gratia Divinæ ac manantium inde Beneficiorum, Fiduciæque nostræ in Deum confirmationem: Idque vel maxime, quod Notio illa Sacramentorum, passim à Theologis ampliori quodam usu donari soleat, quam ut ad duo illa V. T. Circumcisionem & Pascha, & totidem N. T. Baptismum & S. Coenam restringatur. Sic Iridem vocant Sacramentum

Na-



Naturale (utpote in re naturali constitutum) idemque Sacramentum universale & commune omnibus Hominibus: Quoniam Deus eam verbo suo signavit & consecravit, pro arbitrio quod in omnes creaturas habet, & Noë totique ejus posteritati in signum monumenti & Pignus statuit, quo post hac se diluvio non dissipaturum Terram testatus est. V. *Bucan. cit. L. XLVI. Q. 26.* Et Arcam Fœderis inter Sacramenta V. T. reponunt, eo quod fuerit visibile ac Divinitus sancitum Symbolum ac testimonium Fœderis Divini præsentisque ejus gratiæ, de quo V. *Job. Jac. Gryneum de Arca Fœd. Vol. 1. Theor. Theol. f. 379. & seqq.* Sicque & de Signis Gideoni, Ezechiæ aliisque datis notant, *καιροὶ* quidem fuisse & temporaria, in eo tamen convenire cum Sacramentis, quod fuerint conservandæ fidei & promissionum Divinarum obfignandarum salutaria media Vid. *Gerhard. Loc. c. XXI. §. LXX.* & Arbor vitæ ante lapsum Sacramentum Immortalitatis fuit, h. Immortalitatis tessera, Symbolum & memoriale iis, quibus fructus ejus vesci licebat: *Sacramentum visibile invisibilis Sapientiæ.* Augustin. *L. II. de Gen. ad lit. C. XL.* Arbor item Scientiæ boni ac mali Sacramentum Probationis in Homine, h. Pignus probandæ Deo debitæ obedientiæ. *Bucan. cit. Q. 24. Conf. Mares. Syst. Theol. L. 18. §. 33.* Nec aliter Lutherus in *Gen. IV. Facies Domini in V. T. fuerunt creberrimi Ignes, Nubes, Propitiatorium, in N. T. Baptisma Domini: Cæna Domini, ministerium verbi & similia.* *His enim nobis se ostendit Deus tanquam Signo visibili quod sit nobiscum, quod nos curet, quod faveat nobis, uti Contracta habentur ap. Gerh. c. l.*

## X.

Sed Sacramentum in specie sic dicta (1) Gratia Divinæ Salvificæ Signa sunt, (2) similitudinem quandam cum rebus designatis habere debent (3) Vitam intellectualem & interna Hominis concernunt. Quæ palam in Pignoribus hisce deficiunt, cum externa hujus vitæ tantum, adeoque felicitatem temporalem, & sine singulari convenientia cum Rebus signatis suis designent. Inprimis vero (4) Sacramenta per applicationem ad singulos factam obfignant. Quod tantum abest, ut Pignoribus talibus tribui queat, ut in ipsa Arca Fœderis aliisque, quæ Theologi alias Sacramenta V. T. vocant,



locum non habeat, eaque de causa Sacramenta proprie dici non posse alii recte autument. *V. Bucan. c. L. Q. XLIV.*

## XI.

Quod vero maximum est, pleraque eorum difficilem habent disceptationem: Nihil constat de tempore, personis, & quibus non circumstantiis aliis? Longe minus adhuc de voluntate Dei, an miserit, an ita succurri voluerit, an in tantam necessitatem Populus coniectus fuerit, ut miraculoso ejusmodi adminiculo opus haberit. Ut de iis omnino dici possit, quod in causa quidem mala, argumento tamen non negligendo Bellarminus de Sacramentis dicit: *Ea nullam ex se vim habere, ac ne talia quidem esse, nisi Testimonio verbi confirmentur.* Et post: *Annon ridiculus esset qui Ethnico diceret, Ut credas vera esse quae dico, Amphoram istam aquae super caput tuum effundam. Egregia sane probatio: Nisi enim ex verbo Dei disceremus Lotionem istam & illam Uctionem ad purgandos animos valere. quis id crederet? Quis non rideret?* Praef. in T. III. de Sacr. PIGNORA haec ergo maximam partem suspecta sunt, & vere ἀδενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, *Infirma & egena Elementa*, ut Paulus loquitur de Veteris Legibus ritibus, Galat. IV. 9. Et quidem quae nihil in se firmi vel utilis habent, διὰ τὸ αὐτῶν ἀδενὲς καὶ ἀνωφελέες, ut idem ait Hebr. VII. 18. Accedit quaedam eorum plane illicitis artibus enata esse, quemadmodum de Palladio testatur Cedrenus id ab Aasio Mago nefandis quibusdam Dæmonum consecrationibus, arcanisque ritibus dedicatum fuisse, ἀρρήταις τισὶ καὶ δαιμονιώδεσι τελεσηείοις, ἢ περὶ μυσταργίς μυσηείοις ἐστοιχειωμένον. *Histor. f. 107.* Suspectum e. non tantum, sed si ita se habuit, plane impium fuit Palladium.


## XII.

Ecque igitur ratio fuit suspecta talia admittendi vel tolerandi? Resp. non aliam esse, quam qua omnia Turbamenta Vulgi nituntur, quae quamdiu innoxia sunt & majora bona procurant, admittuntur non sui, sed vitandi majoris mali causa, & ut imbecillitati Hominum consulatur, quibus *hujusmodi oblectamenta relinquuntur, quemadmodum Pueris à blandis nutricibus dantur Crepundia*, ut Baudius in alio argumento scribit *Induc. Belg. L. II.* Quemadmodum è contrario apud prudentiores & roborata jam Republica saepe eviluisse de-

pre-



prehenduntur, quia imperfectioni tantum infervierant, nec proinde durant, nisi μέχρι καιρῶν διορθώσεως, usque ad tempus directionis vel potius rectificationis, ut iterum Divus Paulus loquitur de veteribus ritibus. Interim, quamdiu stant intra Remp. nec palam improbari possunt, quia publica fide recepta sunt, ac licet convincendi argumento nullo nitantur, Jus externum tamen ea tuetur, & si vera non sint, pro veris tamen haberi jubet. Et Galli quidem tempore Inaugurationis Henrici IV. de Ampulla sua, quæ tamen non alio, quam apud Aristidem Mysteria, argumento Antiquitatis nititur, dissidium aliquod agitarunt, sed id turbulentis temporibus factum, & scissa in duas partes Republica, quibus coalescentibus veneratio Ampullæ revixit. Henricus IV. præterea specialem causam Ampullam istam contemnendi habebat, quia Hostes ejus externo illi qualicumque Signo Jus ipsum Regium alligabant, quod non rectius faciebant, quam Israelitæ olim sperarunt ab Arca Sacra c. Philistæos Victoriam.



## CAP. III.

DE

## ARCA FOEDERIS.

- |                                                                                                                        |                                                                                                                                |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>I. Arca Fœderis Pignus Fœderis Divini cum Israeliticis; Ejus materia, Forma, Contenta.</p>                          | <p>V. Philistæorum peccata in ipsam.</p>                                                                                       |
| <p>II. Ejusdem Finis variæq; hinc desumpta ipsius Elogia.</p>                                                          | <p>VI. Pœnæ Dagoni Deastro ipsorum eo nomine illata.</p>                                                                       |
| <p>III. Fiducia Israelitarum in eam, Bellicisq; expeditionibus facta admotio, &amp; successus felices hinc secuti.</p> | <p>VII. Morbus Philistæis eadem de causa immisso an Dysenteria fuerit?</p>                                                     |
| <p>IV. Ejusdem perverse exerte infelix exitus, secutaq; Arca captivitas.</p>                                           | <p>VIII. An Mures intestina ipsorum arrosent? Diversitas Versionis vulgatæ hac in re à Textu Hebraico aliisq; Versionibus.</p> |
|                                                                                                                        | <p>IX. Videri Hæmorrhoidum affectum fuisse, muneraque à Philistæis.</p>                                                        |



- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p><i>listais missa hinc considera-<br/>ta.</i></p> <p>X. <i>Accessisse una Luem Epidemi-<br/>am, idq; exemplo simili A. 1349.<br/>illustratum.</i></p> <p>XI. <i>Cur Deus hoc genus morbi Philista-<br/>is immiserit?</i></p> <p>XII. <i>Deum Hostes suos Morbis<br/>intestinalibus in specie pu-<br/>nire solere; Fatum Anastasii<br/>II. Pontif. M. examinatum.</i></p> <p>XIII. <i>Cur Opprobrium Sempiternum<br/>Philistais ideo adhesisse Psaltes<br/>dicat? Morbos Hereditarios Na-</i></p> | <p><i>tionum quarundam causis natu-<br/>ralibus constare, non maledictio-<br/>ne Speciali Divina.</i></p> <p>XIV. <i>Parallela ex Historia Profana<br/>veteri; Herodoti Historia de<br/>morbo femineo Scythis immisso<br/>illustrata, Lociq; ejus perversa in-<br/>terpretatio.</i></p> <p>XV. <i>Bethsemitarum &amp; Usa Tragici<br/>casus circa Arcam Fœderis.</i></p> <p>XVI. <i>Quo demum pervenerit?</i></p> <p>XVII. <i>Lusus Diabolicus in imitanda<br/>ea.</i></p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

## I.

**P**rogredimur ad PIGNORA specialia, & in iis primo loco **A-**stimus è Republ. Israelitica ARCAM FOEDERIS, utpote PIGNUS ejus Fœderis, quod Deus cum Israeliticis contraxerat. *Ravanell. V. Arca. n. 1.* Quæ eodem sensu & ARCA Testimonij appellata, quia erat publicum Testamentum, seu Testimonium pacti Fœderis inter Deum & hominem. *Pol. in Ex. XXV. 3. Sacramentum* quoque, licet generaliori sensu eadem ex causa vocata à Theologis præc. Cap. II. §. IX. citatis. De cujus materia, forma, contentis, & s. cum omnia ab aliis abunde dicta, scriptave sint, satis ducimus breviter indicari, fuisse ejus formæ, cujus esse solent, quæ ad res conservandas parantur: Constitisse ex Lignis *Setim* seu *Sittim* à loco sic dictis, natura vero ἀσήπτοις h. incorruptilibus, ac probabiliter proinde Cedrinis; Obductamque fuisse interius & exterius laminis aureis, ita ut ipsa materia interior & exterior integritatem pariter ac simplicitatem præ se ferret: Quatuor armillas seu Anulos aureos affixos habuisse eique duos aureis laminis obductos vectes ligneos insertos fuisse, nunquam tamen extrahendos, ne unquam Sacerdotes se ARCÆ ferendæ cura liberatos putarent. Continuisse *Urnâ Auram habentem Manna, Virgâ Abaronis, qua fronde-*



*duent, & Tabulas Testamenti.* Hebr. IX. 4. Nam quamvis 1. Reg. IIX. 9. dicantur in ea non fuisse, nisi due Tabulae Lapideae, Particulam exclusivam tamen, quæ addita est, non universalem esse censent, sed negari tantum, ex Lege nihil aliud ibi positum fuisse: Tabulasque proinde fuisse in ARCA, tanquam principalius Cimelium, per occasionem vero Urnam etiam & Virgam fuisse additas. V. plur. *Ar. Montan. in Bezaleel.* ac imprimis *Carpzov. Diss. de Arca Fœd.*

## II.

Nobis cum propositum sit ipsam sub ratione PIGNORIS cœlestis adeoque in fine suo considerare, eundem citra ambages spectandum & quæ circa eum occurrerunt observanda suscipimus. Is namque ille ipse fuit, ut esset Sacramentum præsentia illius, qui nusquam abest. *Pellican. in Jos. III. 11. 13.* Ideo & ARCA Domini totius terræ ibidem dicitur, ARCA DEI, 1. *Sam. III. 3.* ARCA Roboris Dei, quia ex ea tanquam ex fede sua Deus virtutem & potentiam suam exerebat in gratiam Populi sui. *Ravanell. c. 1. Facies Dei quoque, Deus, Rex Gloria,* Metonymica loquendi formula, qua Sacramenta illud ipsum appellantur, quod significant. *Conf. Martyr. Comm. in 2. Sam. VI. 2.* Unde & digna tanto PIGNORE reverentia ipsi exhibita, ædes structa II. *Sam. VI. 17.* 1. *Chron. XVII. 1.* Templum destinatum: *Constitueram edificare domum, in qua requiesceret ARCA Fœderis Domini.* 1. *Chron. XXIX. 2.* collat. cum 2. *Sam. VII. 2.* Custodia quoque addita Ministrique selecti ad Laudes Deo dicendas coram ipsa. *Et constituit David coram Arca Domini aliquot Levitas Ministros, ut celebrarent, gratias agerent & laudarent Deum Israel.* 2. *Chron. XVII. 4.* *Conf. præc. c. II. §. IV, V. VI.*

## III.

Israelitæ quoque ea de causa singularem in ea fiduciam collocarunt, neque ad usus Sacros tantum, sed Civiles & Politicos adhibuerunt, ut in expeditionibus Bellicis, Obsidionibus &c. persuasi, rem sinistre non successuram, quæ præsentis tanto PIGNORE, utpote Sigillo eximia quoque Temporalis Gratia Divina erga se ac Remp. suam, gereretur. Unde *Gloria Israelis* dicitur 1. *Sam. IV. 21.* *Pulchritudo Israel.* Ps. LXXIIX. 68. Sic legitur in Obsidione Hierichuntis circumgestata fuisse *Jos. VI.* Et *Urias*, cum de bello Ammonitarum

Diss. II.

D

lo-



loqueretur, *ARCA Domini manet in tabernaculis*, inquit: Scil. ut milites haberet, unde si quid opus foret, peteret oraculum. Quo & referunt verba Mosis, elevata ARCA dicere soliti: *Surge Domine & dissipentur Inimici tui*, Et reposita eadem: *Revertere Domine ad multitudinem exercitus Israel*. Verbis à Signo visibili ad Rem signatam directis: Ideo & eadem Verba repetuntur Pf. LXVIII. 1. *Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus*. Et Deo Arcæve simul attribuuntur. Pf. CXXXII. 8. *Surge Domine in requiem Tuam, Tu & Arca Sanctificationis Tue*. Quibus verbis & Salomon Orationem suam in Inauguratione Templi habitam clausit: *Nunc consurge Domine Deus in requiem Tuam, Tu & Arca Fortitudinis Tue* 2. Chron. VI. 41. Nec defuerunt quoque felices Successus publici privatiq; præfente ea secuti. Exemplum publicum est in victoria Hierichuntina *Jos. VI. 6. & seqq.* Privatum in Benedictione Obededomi, 2. Sam. VI. 11. Unde & à Davide postea in Palatium Regium, extructa ad idæde cum Gaudio translata fuit. *ib. v. 12.* Deus namque non ingratus Hospes est, & honorantes ipsum honore bonisque afficit. *Sic etiam fortunavit duas illas viduas, quæ aluerant apud se Eliam & Eliseum: Labanus postquam recepisset ad se Jacobum, cœpit melius habere: Ægypto toti prospectum fuit hospitio unius Josephi.* Martyr. Comm. in 2. Sam. VI. 11.

## IV.

Semel tamen Israelitæ fiducia sua in eximium hoc PIGNUS perverse exerta perquam infelices extiterunt; Cæsi enim à Philistæis 1. Sam. IV, 2. 3. 4. 5. *Afferamus ad Nos de Siloh, dixerunt: Arcam Fœderis Domini, & veniat in medium nostri, ut salvet Nos de manu inimicorum nostrorum.* *Misit ergo Populus in Siloh, & tulerunt inde Arcam Fœderis Domini Exercitum sedentis super Cherubim, erantq; duo Filij Heli cum Arca Fœderis Dei Ophni & Phinees.* Cumq; venisset Arca Fœderis Domini in Castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi & personuit Terra. Crediderunt namque Deum omnino propter Arcam ipsos ab Hostibus liberaturum esse; Vel ut Paraphrastes Chaldæus Consilium hoc expressit: *Si venerit ille Deus, propter Nomen suum celeberrimum ac præclarum Nos è manibus Hostium liberabit.* Ipsorumque Philistæorum opinione confirmabantur; qui audito, quod Arca Domini venisset in Castra, timuerunt dicentes, *venit Deus in Castra, & ingemuerunt dicentes, Væ Nobis,*

non



non enim fuit tanta exultatio heri & nudius tertius: *Vae Nobis, quis nos salvabit de manu Deorum sublimium istorum &c.* 1. Sam. IV. 6 7. 8. 9. Immemores interim morum suorum corruptissimorum, & PIGNUS hoc sibi concreditum quidem, promissorumque Divinorum visibilem Obsignationem esse, sed supposita vitæ ac Religionis sinceritate, tacitaque proinde conditione, si Præceptis in Arca asservatis se conformes gererent. Quod Augustinus *Carnalem Servitatem* vocat, *signum nempe utiliter institutum pro ipsa re sequi, cui significanda institutum est.* Doctr. Christ. L. III. c. VII. Breviter: Arca ad hypocrisim usi Signum spectarunt sine Re signata, externa sine internis, & PIGNUS Gratia Divinæ quidem, sed qua se dignos præstare neglexerant: Non dissimiles illis, qui inter Christianos Sacramenta querunt sine sincero Pietatis studio, aut partem Evangeliorum pro Amuleto gestant, de quibus non incongrue Autor Imperfecti Operis in Matthæum: *Si Tibi ea non profunt in Auribus, quomodo proderunt in Collo?* Vel etiam secutorum temporum Tribulibus suis, qui Externis confisi semper in ore habuerunt: *Templum Domini, Templum Domini;* Ac si stante Templo Respublica ipsorum non potuisset corrumpere. Eoque à tanta spe dejecti & Victoriæ & sanctissimum PIGNUS suum coacti fuerunt Hostibus relinquere. Nam quoniam in nullum amplius justum finem dirigebatur, Deus auferri potius voluit, quam ab usui proflare, & PIGNUS profanari, cujus Autori Majestas sua reddita non fuerat, sentirique ita ab hominibus, PIGNUS Divinum nullum esse, nisi animo quoque se ipsi obligatos faterentur. *Deum colit, qui novit: Vetemus aliquem Linthea & strigiles Jovi ferre & Speculum tenere Junoni: Non querit ministros Deus: Quidni? Ipse Humano Generi ministrat, ubiq; & omnibus præsto est. Audiatur licet, quemadmodum se gerere in Sacrificijs debeat, quam procul resiliere à molestis superstitionibus, nunquam satis profectum erit, nisi qualem debet Deum mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem, Beneficia gratis dantem:* Inquit de Religione Gentili quidem, apposite tamen ad præsens institutum *Seneca Ep. XCV.*

## V.

Philistæi è contrario ultra spem suam provecti cœlestem hanc Arcam abstulerunt, jure quidem victoriæ, maxime quod in Religi-

D :

one



one cum Israelitis non convenirent; Non eo minus tamen male, & ministerium quidem Justæ Dei causæ, improbe tamen præbentes, eoque fatius facturi, si ea abstinuissent, ad eum modum, quo Fabius Maximus, cum Tarentinos expugnasset, Deos eorum non attigit, & rogatus, quid statueret de illis dixit: *Relinquamus eos Tarentinis suis iratos.* Imo gravissime lapsi, quod Deum agnovissent, *Hi sunt Dij tui, qui percusserunt Ægyptum omni plaga.* 1. Sam. IV. 7. & eundem tamen irreverenter tractarent. 1. Dum Deastro suo parem crediderunt: Imo 2. eodem inferiorem, ideo enim captivam Arcam Dagoni suo stiterunt tanquam Jovi Feretrio spolia opima: *Arcam juxta Deum suum Dagon tanquam Trophæum aliquod statuerunt.* Joseph. Ant. VI. 1. Unde & pœnas Dei asperrimas incurrerunt, contumeliam sui perquam acerbe vindicantis, utut existimaretur victus captusque esse: Quod Regius Psalteres exprimit. Ps. LXXIIX. *Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à Vino, seu ut Hieronymus reddidit, exultans præ Vino, Pagninus, Clamans propter Vinum.* Deus dormire dicitur, quando ita se gerit, ac si non adverteret injurias, quas ipsi inferunt iniqui; Dormire ut crapulatus à Vino, quando patienter agit erga gravissimos Peccatores, ac si non advertere posset injurias maximas in se perpetratas. *Bellarmin. in b. l.*

## VI.

Deus itaque primo Dagonem, Idolum ipsorum dejecit, capite unâ, manibus pedibusque truncatum 1. Sam. V. 3. 4. I. Ut potestas Arcæ suæ palam ab omnibus cognosceretur, nec videretur Philistæis tradita in potestatem, sed terrorem. *G. Venet. Hist. Sacr. T. I. S. IIX. Probl. 445.* Sicque Chrysoftomus Or. III. c. Judæos in fin. *Victores Azotij ceperunt Arcam, inq; Templum suum intulerunt &c. Sed Arca capta vim suam ostendit, Idolo his in solum dejecto. Tantum aberat ut locum sanctificaret, ut eundem etiam expugnaret.* II. Ut ipse Dagon Adorationis speciem præferens victum se fateretur, idq; non semel, sed iterum ac sæpius. Quam rationem Theodoretus reddit Or. in Daniel. Sicq; & in Deastro suo ipso facto comprobaretur, quod audito adventu Arcæ præsenferant: *Vae Nobis &c. Quis Nos salvabit de manu Deorum sublimium istorum.* 1. Sam. IV. 8.

Idem



## VII.

Idem deinde gravissimo ipso morbo percussit, in quo argumento singulariter à B. L. veniam Nobis exoramus, si paulo prolixiores esse ipsi videbimur: Nam id certum quidem, fuisse *Morbum τῶν ὀπίσθεν: ἐπάταξεν αὐτὰς εἰς τὰς ἐδρας αὐτῶν*, reddiderunt LXX. Interpretes 1. Sam. V. 6. *Ἐδρα* apud Medicos, uti apud Latinos Sedes, dicitur meatus Ventris inferior continendis transmittendis-que Excrementis destinatus. *Stephan. Lex. V. ἔδρα*. Et Psalm. LXXIIX. 72. *Et percussit Hostes suos retorsum: ἐπάταξε τὰς ἰχθῦνας αὐτῶν εἰς τὰ ὀπίσσω*, modeste significans partem, quæ plagam accepit, inquit *Theodoret. h. l. Schlug* Ἰσδοδ und alle ihre Gränze an heimlichen Orten. *B. Lutherus*. Gravissimum deinde 1. Sam. V. 6. *Aggravata est manus Domini super Azotios & demolitus est eos. Et v. 9. Fiebat manus Domini per singulas Civitates interfectionis magna nimis & percutiebat Viros uniuscujusq; Urbis à parvo usq; ad majorem. & v. 12. Viri quoq; qui mortui non fuerant, percutiebantur & c. Et ascendebat ululatus uniuscujusq; Civitatis in Cælum. At quodnam morbi genus fuerit aliquid dubii videtur habere. Josephus Dysenteria fuisse correptos, intestinaque vitiata, & morbo corrosa ejecisse scribit: Ἀπέθνησκον γὰρ ὑπὸ Δυσεντερίας πάθος χαλεπὸν, καὶ τὴν ἀναίρεσιν ὀξυτάτῳ ὀπιφέροντες, πρὶν ἢ τὴν ψυχὴν αὐτοῖς ὀθανάτως ἀπολυθῆναι τὰ σώματα τὰ ἐντὸς ἀναφέροντες, ἐξεμῶντες διαβερωμένα καὶ παντοίως ὑπὸ τῆ νόσου διεφθαρμένα. *Antiq. L. VI. c. 1.* Quod Interpres Latinus quidem reddidit: *Correpti Dysenteria cruciabiliter moriebantur, nonnulli intranea vitiata morboq; corrosa evomebant.* Sed plura voluisse Josephum autumamus, ideoque ad verbum reddimus. *Moriebantur ex Dysenteria morbo saevo, & internecionem celerem afferente; Sic n. τὸ ὀξυτάτῳ reddimus, quemadmodum Aretæus τὰ ὄξεια πάθη τοῖς χρόνιοις, h. diuturnis opposuit, & ὄξυ πάθος describit prorsus juxta verba Josephi, τὸ εὐπεπτεν τὴν λύσιν ἢ ἀναίρεσιν. Affectus qui facilem solutionem vel internecionem habet L. I. Proem. & antequam anima subita morte (ὀθανάτως, non ὀθανάτως, quod nullo modo quadrat,) Corpore solveretur, intestina emittentes evomentesq; exulcerata & prorsus à morbo corrupta.* Josephum sequitur *Lyna not. ad v. 9. Percussi fuerunt Dysenteria vehementi, ita ut intestina interiora per quæ feces egrediebantur putrescebant, vel scaturiebant**



bant vermibus & exterius prominebant. Idem referunt ex Josepho Petr. Comestor. Dionysius, Hugo Cardinalis &c. Et Dionys. Carthusianus in h. l. Secundum Expositores concorditer fuit Dysenteria foeda ac vehemens & crudelis & intestinorum inferiorum corruptio & putrefactio quadam, in tantum, ut vermibus scatebant & prominebant extrinsecus. Sed repugnant huic sententiae imagines morbi postea factae, quem, si Dysenteria fuisset pingi non potuisse probatione non eget.

## IIX.

Alii Scriptores Sacri intestina à Muribus violenter impetita arrosa fuisse scribunt: Mures per omnem regionem exorti morsibus multa hominum millia Letho dabant. Sulpit. Sev. L. I. Mordebantur à Muribus, cum ad purgandum ventrem egrediebantur. Georg. Magn. in 1. Sam. V, 6. Et Mures ebullientes de agris vel requisita natura exercentes corrodabant extales eorum. Petr. Comestor. Histor. Scholast. Cujus occasio ex eo videatur sumpta esse, quod in Vulgatae versionis Exemplaribus 1. Sam. V. 6. insertum inveniatur: Et ebullierunt Villa & Agri in medio Regionis illius & nati sunt mures & facta est confusio mortis magna in Civitate. Eoque Nicol. de Lyra refert verba commatis XI. 1. Sam. V. Inieruntque Gethai consilia & fecerunt sibi sedes Pelliceas: Ut possent, inquit melius sedere, & ut mures importuni non possent intestina prominentia mordere. Conf. Abulens. 1. Sam. V. 15. init. Quod comma aequae ac prius Editiones vulgatae antiquae pariter ac recentiores magno numero tradunt, ut Basileens. Anno 1495. Noribergensis Anno 1500. & 1513. aliaque ejusdem Loci his antiquior, sed incerti in Exemplari nostro anni, Lugdunensis A. 1522. & 1523. Coloniensis A. 1529. item Lipsiensis cum Praef. Brentii A. 1544. Genevensis A. 1583. Osiandri, quibus addimus MSA duae Bibliothecae Academiae, indeque & Germanicae Interpretationes ejusdem eo usae sunt, ut Coloniensis A. 1483. Augustana 1490. Prius: Und ihr Gegend und die Dörffer und Ecker derselben Gegend wülten auff/ und Weuse wurden geboren. Posterius: Und die Gethai gingen in einen Rath/ und machten ihnen Pelßen Gesäß. At in Hebraico, Graeco, Chaldaico Textu non Legitur, nec in Editionibus Vulgatae Bibliothecarum Complutensium Regiorum, Vatabli item, Pagnini, nec in Textu Gregorii Magni Expositioni addito; Qua de causa & Nicol. de Lyra, & Dionys. Carthusianus primum locum expunctum volunt, tanquam ab aliquo



aliquo Glossatore per modum expositionis primo additum, indeq; à minus peritis Textui infertum. Posteriores tamen sine scrupulo retinent, veluti & Sixtina Biblia nec priorem locum habent, nec de Consilio quicquam, alterum tamen retinuerunt, *Et fecerunt sibi Gethai sedes.* Quod siquidem locum habere deberet, nihilominus facticia illa sedes pro Hæmorrhoidum affectu, de quo mox loquemur, futuræ fuissent, quippe cui pelliceis aliisque mollibus consuli solet pro sedendi commoditate, non in præsidium adversus mures, qui obstaculum hoc facile perrumpere potuissent. Hebræos interim eandem amplecti, idemque Ranis Ægyptiis imputare, intrasse nimirum non loca tantum Ægyptiorum, sed etiam corpora eorum per quoscunque meatus ex Exod. II. 3. refert *Lyræ. in h. l.* Et possibile esse observationibus Medicorum nostrorum temporum constitit, cujus exemplum videre est ap. *Plater. Observ. Med. L. II. f. 456. 457.* Quia tamen Murium nulla in Textu Authentico fit mentio, Josephus præterea testatur, Agris tantum immissa fuisse agmina eorum, quæ nec segetibus, nec aliis fructibus pepercerint, etiam hæc opinio minus certa videtur.

## IX.

Probabilior sententia est, Philistæos laborasse *Hæmorrhoidibus*, & eo quidem ipsorum genere, quæ tumorem in externa Intestini Recti parte producant: Unde Loca huc facientia verterunt Jun. & Tremell. *1. Sam. V. 6. Percutiebat eos Hæmorrhoidibus v. 9. Occulta invalescebant in eos Hæmorrhoides. v. 12. Homines, qui supervivebant, affecti Hæmorrhoidibus. c. VI. 5. Imagines Hæmorrhoidum Vestratum &c.* Eodemque sensu *Pagninus Mariscas* reddidit. Angli: *They had Emerods in thir Secret parts*; Piscator: *Wurden geschlagen mit Feigwarzen.* Hæmorrhoides enim à Ficibus, quas repræsentant, *συνώσεις*, seu Ficus, Latinis Mariscæ dicuntur. *Sennert. Med. Pract. L. II. P. II. S. II. C. XIII.* Marisca, *Ficus seu Ficatio est tumor à Fici similitudine sic dictus.* Oribasius ad Eustathium: *Ficos appellant Germina ulcerosa, rotunda, subdura, rubicunda atque etiam dolorifica,* ap. *Corraum Defin. Med. V. Ζύκωσις.* Idque præcipue velle videtur Vox *זִפְתָּי* sæpius ab Historia Sacra hoc loco usurpata. Proprie enim *זִפְתָּי* exaltatum significat, Unde *זִפְתָּי* Loca alta, eoque Hæmorrhoides, sic ele-

gan-



ganter dictæ ab altitudine, quod anus ob illas intumescat, & extrinsecus elevatus assurgat. Marc. Marin. Brixianus in V. עפלי. Hæmorrhoides quatenus tument pertinent ad morbos magnitudinis præter naturam auctæ, inquit Sennert. l. modo cit. In qua simplici explicatione etiam acquiescimus, Philistæos nimirum percussos fuisse Hæmorrhoidibus c. V. v. 6. In Locis occultis eas enatas fuisse, seu occultas fuisse Hæmorrhoides, quæ invaluerint v. 9. Imaginem quoque Hæmorrhoidum adeoque Mariscarum postea oblatam fuisse c. VI. v. 4. & seqq. Quo quidem in loco plerique Interpretes τὸ עפלי pro ipsa Sede accipere solent, sed nec necessarium esse autumamus, nec oblationi Deo destinatæ conveniens: Obsceni membri imaginem enim Deo, à quo se tantopere afflictos fuisse Philistæi agnoscebant, oblatum ire, non humilitatis aut deprecationis, sed opprobrii signum fuisset. Quam inconvenientiam & Josephus videtur, sensitse, ac propterea non fœdas Imagines, sed statuas Aureas. *Ἀδελφὰς χρυσεῖς* misisse scripsit, non quidem ex mente S. Scripturæ, attamen ut *ἀρῶν* hujusmodi videret. Nec improbat Sanctius Comm. in. h. l. quanquam alia ex causa, quia aliter non videtur, quomodo ex figura separata ac sola cognosci posset, quid sibi vellet inusitata species, rei ab hominum oculis à natura summotæ. At in humana forma exprimi posset pars illa tumefacta, & saucia, & situs ipse facile ostenderet, quod esset morbi genus. Nec vox עפלי quoque ullo loco sedem significat, sed alia ש, quæ quater hoc sensu legitur Jer. XIX. 10. Jes. XX. 4. 2. Sam. X. 4. Pf. XII. 3. Unde ipsi Lexicographi Pagninus, Brixianus eam hic improprie pro parte Hæmorrhoidibus affecta sumi coguntur agnoscere. Nulla denique causa est, cur sedem ipsam intelligi oporteat, nisi quod Particula ב videntur moti fuisse בְּעַפְלִים וַיִּךְ אֹתָם quippe quæ nostro in respondet, hocque sensu percussum fuisse in *Hapholim*, non morbum adeo, quam partem morbo affectam significaret. Sed eadem particula sæpe etiam *Per* significat, notaque mediæ est, per quod aliquid fiat. V. Pagnin. Lex. f. 202. 203. Eamque proinde hoc sensu hic accipimus, Textumque ab aliena aut obscena Interpretatione liberamus. Consentiant nobiscum Angli, Junius, Piscator qui eundem locum. 1. Sam. VI, 4. reddiderunt *Hemorrhoidas*, Seigmartzen/Conf. Sixt. Amama Bibl. Conferent. in h. l. f. 123. 124.

Adjun-



## X.

Adjungendum his, quod Commentatores quidam observant, *Novum id genus morbi, & ante insolitum ac inauditum fuisse.* V. Martyr. *Comm. in h. l.* Quod licet in re ipsa non videatur se ita habere, ratione modi tamen verissimum est. Nam si novum non sit, Homines Hæmorrhoidibus laborare, Philistæos tamen universos, sine discrimine ætatis, unoque veluti momento iis afflictos fuisse, insolitum certe & inauditum erat. Q, an Morbus *Epidemius* fuerit? Negat *Doctiss. Voglerus*, quia 1. Subito affectus ille Philistæos corripuit. 2. Ad quos Arca Fœderis perlata fuit, protinus eo cœperunt vexari, cum alias Epidemici Morbi initio lentiores esse soleant, & sensim increfcere. 3. In quovis promiscue minimos pariter & maximos affectus ille sæviit. 4. Tanta ejus fuit violentia, ut plurimi etiam eo ipso fuerint è medio sublati. 5. Talis affectus qui quidem epidemice tantaque violentia fuerit grassatus apud nullum alium Scriptorem memoria quædam reperitur. *Comm. de Reb. Natur. ac Med. quarum in SS. fit mentio, f. 154* quarum rationum pondus in præsentī expendere non vacat, sed sufficit Editorem hujus Scripti admonere manu propria *Doctiss. Autoris c. l.* annotatum reperiri, fuisse omnino Epidemium, sed non admodum vulgarium ejusmodi morborum. Nobis geminus Morbus, Hæmorrhoides, & una Epidemius immixtus fuisse videtur? Nam Hæmorrhoides licet dure afficiant illas corporis partes, molestius tamen aliquid Azotiis videntur accidisse, quod ejulatus edere coegit & ad mortis necessitatem usq; adegit. *Sanct. in 1. Sam. V. 6.* Idemque videntur innuere duo postrema commata 1. Sam. V. Accarone fuisse *contritionem Mortis*, ut *Pagninus* reddidit, seu vexationem mortis, ut *Tremellius*, *A Deadly Destruction.* ut *Angli*, *σύγχυσις θανάτου*, *Confusionem Mortis*, ut *LXX.* *Pavorem Mortis*, ut vulgata: Gravissimam enim ibi fuisse manum Dei, ac tum demum Homines, qui non fuerant mortui, percussos fuisse Hæmorrhoidibus. Qua in re & pleræque Versiones consentiunt, Græca excepta, quæ & vivos & qui mortui fuerint eodem morbo laborasse scribit: *καὶ οἱ ζῶντες, καὶ οἱ ἀποθνήσκοντες ἐπλήγησαν ὅτι τὰς ἕδρας;* Sed in Hebraico diserte est. *Haanaschim ascher lo metu*, *Homines qui non moriebantur &c.* Itaque non est cur illa nos

Diff. II,

E

more-





moretur. Distinctique proinde fuerunt morbi, alter lethalis Pestis, alter dolore quidem gravis, at minus periculosus affectus Haemorrhoidum. Possentque comparari cum Plagis, quæ A. MCCC XLIX. simul magnam partem Asiæ & Europæ afflixerunt, de quibus *Trith. Chron. Spanheim. ad h. A. Eodem Anno Humanum genus triplici plaga flagellatur: Nam primo lugubris & miseranda pene per universum mundum ab India incipiens, passimque provinciis omnes perrepens trium Annorum spatio usque ad Angliam ubique terrarum in omnes gentes pestilentia desevit, ita ut media pars hominum totius orbis non remanserit in vita? Quam cito enim aliquis fuisset infectus, quicumque anhelitum ejus percepissent, omnes celerius moriebantur &c. Nec locus erat in tota Europa, ubi ista calamitas contagiosa non seviret. Secunda plaga fuit Haemorrhoida, i. sanguinis profluvius, in quo etiam multa Hominum millia, maxime in Alemannia perierunt. Tertia fuerit illa quæ Sacri Ignis nomine appellabatur, quæ corpora Hominum tam mortuorum, quam viventium usque ad ossa consumpsit. Erant autem hæc tempora plena calamitate & misere periculis obnoxia, ut ab origine mundi præter diluvium universale non legamus tempora fuisse periculosiora, &c. ubique metus, ubique lamentum & mortis imago, transieruntque Homines, velut mortui & amentes, nimio timore perculsi à morte subitanea, quam quisque ante oculos positam cernebat. En faciem miserimæ Philistæorum conditionis nova imagine clarissime exhibitam. Conf. *Henr. de Rebdorf. Ann. ad A dictum & alii Chronographi passim.**

## XI.

De causa cur Deus hoc morbi genere usus fuerit, autumamus, ipsum more suo egisse per abjecta media gloriam suam ab Hostibus vindicandi, ut impotentem ipsis furorem exprobret, tososque confundat, qui ne minimis quidem aut abjectis rebus resistere possint. Sic persecutores veterum Christianorum αἰ χεῶς καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον κατέλυσαι, fœda ac miserabili morte interijisse notat Chrysostomus l. c. Gentiles. Et de ministro Juliani: Ausus impuris manibus Sacra Vasa contingere, hoc etiam scelere non contentus, sed contumelia ulterius progressus (vasis enim inversis & super pavementum collocatis atque extensis ita super ea desedit) παραχρημα ταύτης τῆς παρανομίας κατέδρασε τὴν δίκην ἔδωκε, è vestigio illegitimæ hujus sessionis pœnas luit; Illius enim verenda corrupta vermiculos generarunt, ita ut morbum divinitus illatum constaret &c.

Idem



Idem *ibidem*. Philistæos igitur tanquam veri Dei Hostes probrosa corporis partē puniri oportuit, ut ita opprobrium ipsis sempiternum adhæreret, ut loquitur Ps. LXXIIX. 66. Plures rationes non tamen æque firmas collegit sæpe citatus *Mendoza in I. Sam V. 6. Gregorius Nazianzenus* vero Personis Ecclesiasticis de Sedibus Episcopalis ambitiose certantibus Pœnam Getheorum imprecatur *Carm. ad Episc. XI.*

Ὡς ὄφελον, Γεθαῖαν ἀνάπλησασεν ἀνίλω  
ἐνδικον, ἐδρήεσαν, ἐφ' ἔδρη τίσιιν ἔχοντες.

*Pars etenim Sedes ob Sacras Bella gerentes*

*Exagitant sese ut fluctus, feriantq; vicissim,*

*Nec sitis hos ardens pugnandi deserit unquam,*

*Pacem clamantes, captantes Sanguine laudem:*

*Ac Gethæo utinam morbo premerentur, ut æquum est,*

*Pœnas ob Sedem meritas in Sede luentes.*

## XII.

Rationi à Nobis redditæ addimus, Deum Hostes suos morbis Intestinalibus in specie crebro punire solere. Sic enim Antiochum Epiphanem percussit *insanabili & invisibili plaga, & apprehendit eum dolor externus viscerum & acerba internorum tormentum.* Ἀνέλαβεν αὐτὸν ἀνήκεστ' ἡ σπλάγχων ἀλγηδὼν, καὶ πικρὰ τῶν ἐνδὸν βάσανοι. 2. Macc. IX. 5. Joramus Rex Judæ *longa consumptus tabe, ita ut egereret etiam viscera sua* 2. Chron. XXI. 19. Cujus causæ ibidem exponuntur. Judas proditor suffocatus crepuit visceraque effudit, ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Actor. I. 18. Arius inter effusa sua viscera se volutavit, uti post Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ varios loquitur *Ambrosius L. de Fid. c. IX.* Ἀρχηγὸν τῆς ἀσεβείας κατέλυσεν ἐν τόποις ἀξίοις τῶν τῆς γλώσσης ἀμαρτημάτων, ἐν ὕβρις ὕβριν ἀμύνηται καὶ σκλητὸν θανάτῳ δικαίῳ θάνατ' ἡ ψυχῶν ἀδικ'. *Impietatis Ducem in locis Dignis peccatis Lingua oppressit, ut contumelia contumeliam ulcisceretur, atq; animarum injusta mors justa morte ad æternam infamiam plecteretur,* inquit *Gregor. Nazianz. Or. XXVII. init.* Et Anastasius II. P. M. tempore Theodorici Regis, quia voluit occulte revocare Acacium Arianismo addictum, & non potuit, *nutu divino percussus legitur.* Dist. XIX. cap. *Anastasius.* Quod Glossa reddit: *Dum appellaret, emisit*



*Intestina ignominiose.* Et Platina: sunt qui dicunt, eum in latrinam effudisse se intestina, dum necessitati naturæ obtemperat. Cardin. Volaterranus: Ulcra Deo dum in secessu ventrem solvit, subito occubuit. Comm. Lib. XXII. 8. Cum Gratiano vero eadem tradunt Anastas. Bibliothec. in vita hujus Pontificis, & ex eo T. II. Concil. f. 505. Luitprandus de Vita Pontif. in vita Ejusd. Albo Floriac. Nec negat Papir. Massonus de Episc. Urb. L. II. f. 81. Sed solum mortuo in Pœnas inferni inflictas esse & adhuc infligi, contra Dantem Aligerium infitiatur. Divinam enim Clementiam humanis sceleribus præponderare existimandum esse. Nec Onuphr. Panvinius, licet de interitu nihil dicat. Causam enim eandem refert: Ab ejus conversatione multos ex clero se subduxisse, quod cum Photino Diacono rem haberet Acacij Heretici sequace, quem clam Ecclesia restituere conabatur, licet ob hæresin ab ea velut amputatus per Felicem & Gelasium Pont. haberetur. Epit. Pontif. f. 18. Emendatores Decreti tamen Gratianum figmenti accusant, eo quod Acacius jam ante Anastasium obierit adeoque non potuerit de eo removendo consilia agitare, idque constare c. 24. qu. 1. c. nequisquam 4. Sed i. sufficit Anastasium revocandi consilia agitasse, quod & nostri jam dudum annotarunt, quos Onuphr. Panvinius verbis ante cit. juvat. II. Si etiam nihil constaret de revocatu per Anastasium Acacio, Photini communicationis tamen reus maneret, quod ipse Autor Notarum in vitam Anastas. cit. Tom. II. Concil. contra Emendatores, Covarruviam & alios observat. Quam quidem etiam negant Bellarm. de Rom. Pont. L. IV. c. X. Gretser. Defens. Bellarm. T. II. f. 1055. Sed nullo negativæ suæ argumento, ut proinde causa nulla sit, cur à Gratiano cæterisque Scriptoribus abeamus.

## XIII.

Sed cur Opprobrium sempiternum Philistæis hac ex re adhæsit, Psalm LXXIIX. 66. An quod plaga evaserit hereditaria, quemadmodum Gehasi posteris adhæsit Paterna Lepra? Sed nihil certi hac de re, nisi quod ex Herodoti Historia colligitur, quæ seq. §. adducetur: Nec alias quoque quod in morbis Hereditariis Familiarum aut Nationum speciali maledictioni Divinæ tribui solet, solido fundamento constat, sed causis Naturalibus debetur: Veluti Judæorum foetor, quem Doctiss. Sanctius hac in re pro exemplo allegat, ex sorditie & usu



usu Ciborum foetidorum nascitur: *Sciapodes Coromandelici* creduntur crus alterum suum crassius in poenam caedis in S. Thomam Apostolum a majoribus suis patratæ ferre, cum tamen affectus Hydropticus sit ipsis cum Africanis Populis communis, de quo *V. Tavernier Itin. P. II. L. III. c. XXVII.* Et Vitium Anglorum Nationi impactum, quod Equi, quo vectus fuerit S. Thomas Cantuariensis caudam amputarint, purum putum mendacium est à Polydoro Vergilio Homine Italo, nec Rerum Anglicarum gnaro, Gentisque osore conceptum. Aliis id dici videtur ob transmissas Imagines Aureas, quas verisimile est diligentissime ab Hebræis in omne tempus fuisse servatas, ut extaret Divinæ, quæ Philistæos eo redegerat, æternum quoddam monumentum; Quæ verba *Sanctii* sunt *c.l.* Sed nulla amplius in Historia sacra mentio fit horum munerum; Dubium quoque an acceptata fuerint Hebræis illo tempore à commercio cum Allophylis alienissimis. Simplicior sententia erit, hujus facti memoriam Libris Sacris custoditam, eoque perennem & una Philistæorum opprobrium perenne redditum: Sic Laudem perennem dicimus, cujus æterna memoria conservatur, quod *Seneca* vocat *duratura Nomina educere* Ep. XXII. Virgilius: *Siquid mea Carmina possunt, Nulla dies unquam memori vos eximit ævo.* Possset etiam dici Philistæis à Sede sic affecta Scommatice nomen adhæsisse, quemadmodum Atheniensis Ἀπυγοὶ Ἀπόπυγοὶ Λισπόπυγοὶ, Depyges, ab eadem corporis parte dicti, h. λεπίδοι τὰ ὀπίθια quod inde à Theseo taliter constituti fuerint, de quo in fabulis est, ὅτι ἐλκόμηνος ὑπὸ Ἡρακλέους κατέλιπεν ὀπί τῆς πέτρας τὴν πύγην. *V. Stephan. Lex. V. πύγη. Cæl Rhodigin. L. IV. c. IIX.*

## XIV.

Ex Profana Historia huc referendum, quod *Herodotus* de Scythiis narrat *L. c. CV.* Eos cum ex Ægypto emolliti precibus Psammethici Regis domum retrocessissent Afcalone Veneris Uranix fanum spoliassent. Τῶσι δὲ τῶν Σκυθῶν συλήσασί τὸ ἱερόν τὸ ἐν Ἀσκάλωνι, ἔτεϊσι τετῶν αἰεὶ ἐκγόνοισι ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλειαν νῆσον. ὡς εἰ ἀμα λέγασί οἱ Σκυθαὶ διὰ τῆς σφῆας νοσεῖν ἔραϊν παρέωτοῖσι τῆς ἀπικνομήδης Σκυθικῆν χώραν ὡς διακέαται καλέσσι Ἐναρέας οἱ Σκυθαί. Hoc est, Interprete *Laur. Valla: At v. Dea Templi spoliatoribus eorumque poste-*



*ris morbum immisit Fœmineum, quemadmodum & ipsi fatentur Scythæ, se videlicet illo morbo ob id laborare, & videre licet apud Scythas hunc morbum curantes, quos Enareas appellant Scythæ. Quæ Historia non diversa, sed ipsissima Philistæorum est, cujus umbram vidit Herodotus, non justam rerum gestarum seriem. Nam de Ascalone quidem res certa; De Dagonè etiam, qui Venus Urania V. *Selten. de Diis Syr. Synt. II. c. IV.* Verum non Scythæ Ascalone, sed ipsi Ascalonitæ morbum perpeffi sunt; Nec ob spoliatum Fanum Veneris Uraniæ, seu Dagonis, sed ob Arcam Sacram in Fano hoc honore suo spoliatam. Et si Morbus ille hereditarius evasit, certe causa fuit, cur opprobrium sempiternum Philistæis adhæfisse à Psalte Regio dicatur, quod tamen cur in incerto sit, paulum ante notavimus. Herodotus nim. eo modo Historiam hanc tractavit, quo de Sennacheribi clade egit ex II. Reg. XIX. 35. de qua cum aliquid audivisset, eam describit quidem, sed itidem in personis aliisque circumstantiis graviter hallucinatus. V. L. II. c. CXXI. Eandem deinde Interpres Latinus adhuc magis obscuravit: Nam *Ἡλεία*, quam ille morbum Fœmineum vocavit, vi vocis est *Morbus Papillatus*, h. tumentibus Papillarum, instar partibus corporis constans, quemadmodum & Serenus Morbum, quo Sedes in Homine tumet & laboret, *Papillam* appellat: *Excruciant anum turpes si forte Papilla*, adeoque ipsissimus ille Hæmorrhoidum morbus, quem ante descripsimus. Germanicus vero Interpres ratus Herodoti *Ἡλείαν ὄσπον* Nomen proprium esse incuriosius reddidit, die *Weibische Kranckheit / von ihnen Thelia genant / lapsu tamen ideo excusabili, quod Interpretibus non insolitus sit.* Sic Melanchthonis verba in Carionis Chronico de liberatione Wenceslai per Sufannam Ambubajam Pragensem procurata: *Et quo Ambubajæ opera ceu refrigerandi corporis causa ad vicinam ripam Fluminis quod Pragam interlabitur, traductus ex composito, conscensa Cymba, Ambubajæ remigante evasit.* Interpres Germanicus reddidit: *Alldar hat ihn Ambubajas davon geholffen / denn er fürgeben / als wolte er sich nur ein wenig fühlen / etc. Aber Ambubajas hat ihn auff einen Kahn gebracht / damit er ist entrunnen.* Nec Gallus Interpres vim vocis satis assecutus, *un valet d' estuves* in Masculino reddidit, cum non famulus esset, sed famula, illa in Historia Bohemica non incognita Sufanna. Simili-  
ter*



ter Interpres Thuani Germanicus, cum legisset scriptum ab Autore L. XLVI. *Campum Infantium*, qui locus juxta Granadam est, ita dictus, quod in eo Petrus & Johannes Infantes Hispanici fortiter, pugnantēs occubuerint, reddidit, der unschuldigen Kinder Feld. In quibus diducendis tamen quis finis foret: Raro Interpretes menti Autorum congruas versiones proferunt, unde sequius saepe ipsorum Scriptorum fatum, quæ si non erroribus opplent, sine spiritu tamen relinquunt, eoque contemptui exponunt. Sed & postremum comma in Vallæ Interpretatione, & videre licet &c. plane à mente Herodoti alienum est, recteque proinde emendatum à Stephano: Et ab iis qui in Scythiam veniunt, eo morbo affectos conspici, quos Scythæ ipsi *Enareas*, i. *Execrabiles* appellant. Recte omnino, ex vulgi tamen opinione, quod in diuturnis ejusmodi & Nationalibus Morbis maledictionem se videre putat, dum veram, causam assequi non potest. Ad Parallela exempla pertinet, quod ab Atticis factum legitur apud Scholiasten ad Aristophanis Acharnenses: *Μηίσαντες γὰρ τὸ θεῶν, νόσῳ κατέσκηψεν εἰς τὰ αἰδοῖα τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὸ δεινὸν ἀνήκεστον ὤ. ὡς δὲ ἀπέπουν πρὸς τὴν νόσον κρείττονα γενόμενοι πάσης μαγικῆς ἢ τέχνης, ἀπεσάλησαν θεωροῖ μετὰ σπυρδῆς, οἱ δὲ ἐπαελθόντες ἔφασαν, ἴασιν εἶναι μόνον ταύτῃ, εἰ διαπάσης τιμῆς ἀγοίεν τὸ θεῶν. Πειθέντες δὲ τῆς ἡγεληφόροις οἱ Ἀθηναῖοι, Φάλλης ἰδία τε καὶ δημοσία κατέσκηψαν καὶ τέτις ἐγέραρον τὸ θεῶν, ὑπόμνημα ποιήσαντες τῆς πάθους.* *Irao igitur Deo (Liberopatre) Morbus corripuit pudenda Virorum & malum insanabile erat, cum vero frustra adhibuissent omnes præstigiis artesq; ad morbum sanandum, ad consulendum oraculum celerrime ablegati fuere, qui reversi dixerunt, hanc unicam medicinam esse, si omni reverentia Deum prosequerentur. His nunciatis igitur obedientes Athenienses Pallos privatim ac publice confici curarunt, iisque Deum donarunt monumentum ita constituentem affectus sui.*

## XV.

Supersunt Casus Tragici Bethsemitarum & Usæ videndi, non ex fiducia perversa, sed reverentiæ erga ARCAM defectu orti, qua de re jam aliqua diximus c. II. §. IV. Ac *Bethsemita* quidem vel in Territorio Bethsemitico tunc agentes percussi, eo quod vidissent Arcam Domini 1. Sam. VI. 19. Seu quod sine tegumento à Philistæis adductam



Etiam aspexerint: Quod tamen minus probabile; In tanto n. gaudio præsentis Arcæ quomodo potuerunt cohibere oculos? Nisi id potius capiendum non de primo intuitu, qui inter fortuita numerari potuit; sed de ejusdem continuatione, contemplandique assiduitate, utpote quæ ex deliberato animo profecta Legi adversa curiositas erat. Seu quod in volucris denudatam reddiderint conspectuique exposuerint, quæ temeritas fuisset solo visu longe deterior; Seu quod eam aperuerint, quæ utpote contrectatio rei sanctissimæ licentia plane sacrilegia extitisset, Suspiciandique id ratio est, quod in Hebraico Textu legantur percussi fuisse, *quod viderint in Arca*, seu ut Pagninus addit, *quæ erant in Arca*, seu ut legit Vatablus, *quod introspexissent in Arcam Domini. V. Mendoza in h. l. n. 26. 27.* Quicquid tamen eorum fuerit, re ipsa utique experti fuerunt, quod *Prov. XXV. 27.* legitur: *Qui scrutantur majestatem, opprimetur à gloria.* Theodoretus & Procopius aliam rationem addunt, *quod nullum pro Arca periculum subire voluerint, nullos Bello suscepto eam Mensibus septem Philistæis permiserint.* Sed I. Israelitæ ut id facerent istius temporis conditio ipsis haut permittebat, quippe gemina clade accisis, ex qua se colligere tam brevi tempore victo alicui vix possibile est. Deus e. aliquid ultra humanum modum ab iis poposcisset. II. Plane sine utilitate ac proinde mendose id facturi fuissent, ut verbis *Grotij* in simili argumento utamur; Injuria enim, quam Philistæi Arcæ intulerant, non in Israelitas adeo, quam ipsum Deum tendebat: Nulla itaque causa erat, cur ea, præsertim in tam afflicto statu publico Deo non relinqueretur punianda, qui ad delicta talia noscenda est sapientissimus, & ad expendenda æquissimus, & ad vindicanda potentissimus; Locumque hic omnino invenit, quod alias à Gentilibus dictum: *Deorum injurias Diis cura esse.* vid. *Grot. II. XX. XX. collat. cum XLIV. 1.* In numero v. interemptorum aliqua varietas, quem alii exiguitate loci moti tantum septuaginta, alii quinquagies mille septuaginta fuisse verius autumant, non tamen ex Bethsemitis solum, sed universa vicinia accurrentium; Totus enim populus luxisse legitur. Junius explicat è Bethsemitis Sacerdotes periisse, qui sine reverentia ad introspicendum in ARCAM accurrerint; Ex Israelitis omnibus deinde totum istum numerum, quorum aliqui



qui in stativis fuerint, ut fines à Philistæorum incursionibus defenderent, alii frequentia maxima accurrerint, cum Bethsemitarum acclamationes & famam de Arca reversa audivissent; Nec abludit hinc Vulgata versio: *Percussit autem ex Bethsemitis, quia inspexerant Arcam Domini; Et percussit de populo septuaginta viros & quinquaginta millia.* Quam ideo etiam Junius retinendam censet. Alii LXX. è nobilioribus, LM. è plebe fuisse opinantur, adjuti ultimis verbis Vulgatae versionis: *Et percussit de populo septuaginta viros & quinquaginta millia plebis.* De quo nihil certi quidem constat, sufficit tamen potuisse ita habere, adeoque ei non adversabimur. Conf. *Mendoz. in b. l. n. 6. & seqq.* Usam quod attinet ille imprudenter ARCAM apprehendens inconsultam sollicitudinem suam morte luit: Primo quidem, ut constaret Deum ad conservandum PIGNUS suum providentissimum esse: Deinde vero culpa ipsius Usæ per quam lata: Nam licet animo sustentandi ARCAM, quam ruituram ratus fuerat, adeoque non malo manum extenderit; Ipse quoque forsan Vir bonus fuerit: Non eo minus tamen peccato obnoxius, in præsentis actu vero eo majoris reus extitit, quoniam ipse in causa fuerat, cur Arca in tantam necessitatem veniret; Neglexerat enim eam Humeris gestare, sed curru imponi contra Legem passus fuerat. *Fuit peccatum in non portando, in sustinendo Arcam, inquit Autor 2q. s. Tradition. in paralipom.* Hieronymi operibus insertus; Præmittitque Abinadabum jussisse Filios suos Usam & Abio, ut portarent Arcam Humeris; *Et quia, neq; ipsi eam portaverant, neq; Chaatitidis ad portandum dederant, idcirco Oza multatus est morte.* In ambiguo tamen, quo teste id perhibeat. Autumat porro, Pœnam in eo constituisse, ut aruerit brachium & humerus quippe quibus Arca Domini portanda fuisset; Alii Apoplexia, alii fulmine ictum periisse putant, quibus litem non movebimus. Satis est Usam Pœnam 1. neglectus officii sui. 2. Temeritatis dedisse, *Φυλάσσοντ' ὅτι δηλαδὴ τὸ θεῶν τῆ κιβωτῶ τὸ σεβάσμιον, Deo hac ratione Arca sue venerationi consulente, ut inquit Gregor. Nazianz. Or. Apologet. 1. f. 37. & Or. de Dogmat. & Constit. Episc. 29. f. 487.* David certe ipse videtur sensisse ex illo fonte id mali manasse, ideo eam à Levitis postea gestari jussit 1. *Cbron. XV. 2.*

Diff. II.

F

Quo





## XVI.

Quo pervenerit ARCA, itidem singulari Dissertatione à Doctissimo *Carpzovio* expositum, nec minus prolixè à *Mendoza* tractatum *1. Sam. V. 1. f. 166. seqq.* Et à *Jeremia* Propheta quidem in spelunca mortis Horeb absconditam fuisse *Autor. II. Maccabaeorum* scribit *c. II. 3.* Et veniens *Jeremias* invenit Locum speluncae & Tabernaculum & ARCAM & Altare incensi intulit illuc & ostium obstruxit. Sed constat *Jeremiam* Obsidionis tempore in carcere fuisse, post expugnationem vero victum una cum aliis Romam usque abductum, inde *Mitzpam* ad *Gedalia* ac denique in Ægyptum delatum fuisse. *V. Jerem. XXXII. 2. XXXIII. 1. XXXVII. 15. XXXIX. 14.* Hanc operam ergo captivis navare non potuit. *V. Gryn. Diss. de Arc. Fæd. Theorem. Theol. P. 1. f. 377.* Alii simul cum vasis Sacris Babylonem deportatam fuisse autumant. Sed non legimus restitutam fuisse, cum tamen alia vasa Sacra restituta fuerint *Esd. 1.* Translata ergo non fuit *V. Munster. not. in Jos. Ben Gorion f. 25.* *Carpzovius* probabilius judicat eam una cum Templo combustam fuisse; Non ideo tantum, quod *Babylonii* non legantur Sanctum Sanctorum ingressi fuisse, sed quod verosimile sit DEum nec materiam superstitioni præbiturum: quod ex *Autore II. Maccab.* sequitur, nec contemptui sui tam longo tempore, qui futurus fuisset, si Babylonem asportata fuisset, indulturum fuisse. Accedit finem ARCÆ una cum expugnatione Hierosolymæ expirasse, qui erat, ut Pignus Fœderis esset inter Deum & Israelitas; Fœdus istud peculiare enim ex eo tempore non amplius duravit, sed eodem Deus postea etiam Exteros dignatus fuit. Confirm. *Ezech. III. 12.* qui paulo ante quam *Babylonii* urbem expugnarent & Templum everterent, sonum audivit & indicia veluti transmigrantis Dei. *Audivi post me vocem commotionis magna: Benedicta Gloria Domini de loco Sancto suo: Quasi locum illum à præsidio suo relinqueret. Sanct. Comm. in 1. Sam. IV.*

## XVII.

Denique & lusum Diabolicum in imitanda ARCA apud Mexicanos allegandum duximus. Curavit eam extrui *Satanas*, eodemque, quo de ARCA Israelitica diximus, honore affici, Sacerdotum humeris gestari, in medio exercitus collocari iussit: Toti populo quo-



quoque migratio plurium annorum indicta, aliaque in migrationis Israelitarum in deserto æmulationem longo tempore peracta, crudelitatis tamen, impudentiæ, otii internecini exemplis crebro intercedentibus, eoque Sacri isti profectio dissimillima: Quæ omnia peculiari Dissertatione expositæ à G. Hornio in *Diss. Historicis*. Ita nempe mori suo indulgit Diabolus & Simiam Dei egit, Deum imitatus quidem, sed ut solent simiæ, non sine absurditate. *Conf. Diss. de Prodig. Sangv. c. IV. §. 1.*



## CAP. IV.

DE

## PIGNORIBUS GENTILIUM.

- |                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                                         |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>I. Nomen Pignorum Fatalium; De Paladii Trojani origine sententiarum varietas, ejus figura, cultus, Spes de eo concepta, Alienatio.</p>                                              | <p>IV. Diana Ephesina imago; Locus Act. XIX. 35. illustratus: Ab dita Alexandrinus.</p>                                                                                                                 |
| <p>II. Palladii Romani originis totiusq; apparatus, incertitudo, custodia. Pignoris Imperii Elogium, periculum, translatio.</p>                                                        | <p>V. Pignora salutis in Thracia.</p>                                                                                                                                                                   |
| <p>III. Ancile nomine Pignoris Imperii laudatum, ortus cælestis opinio unde nata? Numæ in conservatione ejus vana sollicitudo; Ejusdem Figura, custodia, status sub Imperatoribus.</p> | <p>VI. Argumenta Pignoribus istis opposita; Inter Illecebras vulgi tamen locum habere posse. Vanitas Divina munera pro lubitu transferendi: Ridicula Gentilium consilia Deos compedibus stringendi.</p> |
|                                                                                                                                                                                        | <p>VII. Vexillum Muhammedis.</p>                                                                                                                                                                        |

G 2

Per



**P**ergimus & postquam antiquissimum idemque, unice verum  
 PIGNUS publicum vidimus, PIGNORA variarum Genti-  
 um contemplanda suscipimus, origine quidem varia, cun-  
 cta tamen uno fine instituta, PIGNORAque *Fatalia* ideo di-  
 cta, h. ex quorum custodia vel amissione Salus Ruinaque publica  
 penderet. V. *Ovid. Fast. VI.* Prima erunt PIGNORA Gentilium,  
 utpote tempore ab ARCA proxima, & inter ea antiquissimum PAL-  
 LADIUM, Trojanorum PIGNUS, adeoque Salutis publicæ eorun-  
 dem Sigillum, Φυλάκτον τῆς βασιλείας τῆς Τροίας, *Custos Regiminis*  
*Trojani.* Suid. in *V. Palladium.* Id cælo delapsum esse Scriptores Eth-  
 nici passim prædicant. V. *Apollodor. Biblioth. L. III.* cujus verba cita-  
 ta c. II. §. III. Alii tamen dubitant ut *Pausan. Attic. f. 24.* Φήμη δὲ  
 ἐς αὐτὸ ἔχει πεσεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. ἔτι καὶ ἐκ ἐπέξεμι, εἴτε ἄλλως, εἴτε  
 ἄλλως ἔχει. *Delapsum quidem de cælo fama vulgavit, sed mihi id neque*  
*affirmare neque refellere in præsentia in animo est.* Græci Historici Christi-  
 ani pro figmento habent, veramque originem *Asio* Mago transcri-  
 bunt. Ἐδόθη δὲ Τρωὶ τῷ βασιλεῖ κτίζοντι τὴν πόλιν ὑπὸ Ἀσίῳ τῷ  
 Φιλοσόφῳ καὶ τελεστῇ. Οἷδὲ ποιητικῶς γράψαντες ἐκ τοῦ ἀέρος εἶπον  
 τὸ Παλλάδιον ἔτι κατενεχθῆναι τῷ Τρωί. *Datum est Troi Regi condenti*  
*Urbem ab Asio quodam Philosopho & Initiatore: Qui vero Poëtice de eo scri-*  
*pserunt, id ex aere Troi delatum fuisse ajunt* Suid. V. *Pallad.* *Planius ad-*  
*huc Cedrenus: Ajunt id nefandis quibusdam Demonum consecrationibus ar-*  
*canisq; ritibus dedicatum eavi fuisse, ut urbem in qua esset inexpugnabilem*  
*conservaret.* *Id Signum Troi Trojanorum Regi Ilum condituro, Philoso-*  
*phus quidam & ineffabilium præstigiærum Sacerdos Φιλόσοφος τις*  
*& ἀρρήτων γοητειῶν τελεστής, Asius nomine dono attulit: In cujus gratiam*  
*Troi universam suam regionem antebac Epirrhopon appellatam ab ipso Asiam*  
*denominavit.* Sed quod hi de Troe ajunt, id *Apollodorus l. supr. cit.*  
*de Ilo, Dionysius Halicarn. de Dardano* perhibet, unaque aliam à pri-  
 oribus Originem exponit: *Chrysen Pallantis Filiam, cum Dardano nu-*  
*beret attulisse Dotem Minervæ Munera, Palladia, Sacraq; magnorum Deo um,*  
*Τάτε Παλλάδια καὶ τὰ ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν, quorum mysteria didi-*  
*cerat. Sed postquam diluvium fugientes Arcades, relicta Peloponneso, vitæ*  
*sedes in Thraciæ insula fixerunt Dardanum ibi templum extruxisse Diis, nemi-*

ni



ni communicato omnium nomine proprio ritusq; illos instituisse, quib; & hodie mos est initiari in Samothracia. Deinde cum majorem Populi partem transportaret in Asiam, sacra quidem ac mysteria penes eos reliquisse, qui manserunt in Insula, Palladia vero & Deorum imagines secum abstulisse, cumque Oraculum de sedibus consuleret, inter cetera de asservandis sacris hoc esse admonitum oraculo: Perpetuum Divis cultum firmabis in Urbe, Quam statues; ritusq; coles, sacrisq; Chorisq;: Nam dum Sancta manet regioni munera vestra, Uxori qua dona tua dedit incluta Pallas, Vastatrix Urbem non tanget dextera Martis. Atque ita Dardanum in urbe à se condita & denominata, reposuisse hæc simulacra: postea cum Ilium habitari cepisset, nepotes illo transtulisse hæc Sacra gentilicia: Dicatumq; his ab Iliensibus in arce templum cum adyto ibiq; asservata, quam possent diligentissime, omnibus missa Divinitus existimantibus, & penes illa esse incolumitatem publicam. Christiani Patres vero plane aliam ejus originem indicant, & ex reliquiis Pelopis compactum fuisse tradunt, ut Arnob. L. IV. Advers. Gent. & Clem. Alexandr. Protrep. f. 14. Παλλάδιον ἐκ τῆ Πέλοπ ὅσων καὶ σκῆδ' αἰ. Omnium clarissime vero Firmic. de Error. Profanar. Relig. f. 46. cujus verba seq. §. IV. citabuntur. Add. Elmenhorst. in c. l. Arnob. Quale fuerit itidem aliquid dubii habet apud Pomp. Lat. plerique tamen in eo conveniunt, fuisse Minervæ imaginem Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ut vocat Pausan. c. l. Παλλάδ' τὸ ἄγαλμα. Herodian. in Heliogabal. & describitur ab Apollodoro c. l. fuisse magnitudine trium cubituum: ac pedibus ita compositis, ut ambulare videretur, dextraq; elatam hastam, at leva colum, fusumq; gerebat. Qua fiducia Trojani in id lati fuerint, ex Dionysii verbis sup. perspicere est, idemque Historici passim confirmant. Nec Græci quoque aliter se Troja potituros crediderunt, quam surrepto eodem, unde & Ulyssi, aliisque astutioribus id negotii datum ab iisque perfectum fuit: A quibus & postea in Græciam translatum & apud Athenienses in Arce religiosissime cultum fuit τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομιθεὶν ἔτεσι συνήλθεν ὑπὸ τῶ δήμων, ἔστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νυῖ ἀνεροπόλει. Omnium Sanctissimum Minervæ Signum est, quod jam inde ab initio de communi omnium curiarum consilio dedicatum est in arce Pausan. Attic. L. 1. f. 74. Qui & tribunal ex eo Palladium dixerunt, in quo Epheta de Homicidio





dio voluntario judicarent, cujus circumstantias vid. ap. *Mich. Aposto-  
lium Proverb. Centur. VIII. n. 42.*

## II.

Romani vero idem sibi posthac asseruerunt IMPERIIQUE PI-  
GNUS statuerunt, dubii licet, quo autore quave ratione acceptum.  
Dionysius expertus hanc difficultatem plura fuisse Palladia comme-  
morat *Æneamque capta inferiori urbe, potitum arce, Sacra Magnorum Deo-  
rum ex adytis abstulisse cum eo quod super erat Palladio: Alterum vero no-  
turno furto Ulyssis ac Diomedis surreptum: Cum his Æneam ex urbe profu-  
gisse, eaque secum in Italiam deportasse.* Ex Aratino tamen mox narrat:  
*A Jove donatum Dardano unum Palladium, idq; in urbe Iliaca, tantisper dum  
ea caperetur in adyto absconditum, ad ejus exemplar v. imaginem indiscretæ  
similitudinis effictam fuisse ac in propatulo positam, ad fallendas insidias, e-  
amq; furto Achaos subduxisse.* Silius Italicus asserit à Diomede datum  
*Æneæ causato ex eo tempore, quo primum cum Ulysse Palladium Ilio abstu-  
lisset se atq; Exercitum suum continentibus malis fuisse vexatum, & cum ejus  
rei causa Pythiam consulisset, jussum fuisse Trojanis id reddere.* Et alia,  
forfan apud alios invenientur eo majori incertitudinis indicio,  
quam nec diffitetur Ovid. *Fastor. VI.*

*Seu genus Adraſti seu furtis aptus Ulyſſes,*

*Seu pius Æneas, eripuisse ferunt.*

*Autor in incerto est, res est Romana tuetur*

*Vesta quod asſiduo Lumine cuncta videt.*

Interim in Templo Vestæ collocatum sancteque custoditum fuisse  
recte dicit: *Quid de æternis Vestæ Ignibus Signoq; quod IMPERII PIG-  
NUS custodia ejus Templi tenetur loquar? Liv. L. V. Et Vestæ eadem petitam  
& conditam in penetrali FATALE IMPERII PIGNUS Idem L. XXV.*  
Et in abdito quidem: Unde Lucanus L. IX. *Nulliq; aspecta virorum,*  
*Pallas in abstruso PIGNUS memorabile Templo.* Ac ne Pontifici M. qui-  
dem videndum, sed unice Vestali, *Torjanam soli cui fas vidisse Miner-  
vam.* Lucan. L. I. Unde & L. Metellus Pontifex, non impune tu-  
lit id vidisse, licet servandi causa ex incendio extulisset, sed orbam  
luminibus fenectutem exigere coactus fuit V. *Plin. L. VII. c. XLIII.*  
Custodia vero specialiter demandata Genti Nauciæ. *Nam autor  
ejus generis unus ex Æneæ in deducenda colonia Sociis fuerat, qui Minervæ Ur-  
bicæ*



*bica apud Iliensis Sacerdos, Palladium in emigratione secum transtulerat; cuius custodia postea mansit penes successionem Gentis Naucia. Dionys. L. VI. Quod tamen attributum honoris potius quam verum officium fuisse credimus; Nam Vestalibus alias id muneris competiisse ex antec. patet. Spem salutis de eo conceptam Elogium PIGNORIS IMPERII similiae abunde probant. Add. verba Ciceronis seq. §. III. allegata. In periculo incendii aliquotiens fuit, semel cum à Metello eriperetur memorabili causa, sed eventu misero, ut Plinius inquit, l. ante cit. Tum sub Augusto, quo tempore ob ignis sæviriam Sacra à Vestalibus in Palatium transferri oportuit, agente Dion. Cass. L. LIV. Ac denique sub Commodò ab Imp. tacto cœtus Pacis templo, igneque alia Ædificia publica, & in iis Vestæ Ædem corripiente, quo tempore & primo ex quo in Italiam venit ab Hominibus nudum conspectum fuisse, cum Vestales id raptum media Sacra via in Aulam Imperatores transferent, dicitur: Γυμνωθὲν ὠφθη τὸ τῆς Παλλάδος ἄγαλμα &c. ὅτε πρῶτον καὶ μετὰ τὴν ἀπ' Ἰλίου εἰς Ἰταλίαν ἀφίξιν εἶδον οἱ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι. εἰρηλάσασθαι γὰρ τὸ ἄγαλμα αἱ τῆς ἐστίας ἱερεῖαι παρθένοι διὰ μέσης τῆς ἱερᾶς οὐδὲ εἰς τὴν τῆ βασιλέως αὐλὴν μετεκόμισαν. Herodian. in Commod. Postea Heliogabalus in cubiculum suum transtulit, immotumque ad eam diem, ex quo Ilio auertum fuerat (præterquam quum templum conflavit) ipse emovit sedibus eamque Deam sui Dei conjugem, in aulam Imperatoriam adduxit. Ælius Lampridius tamen id tantum, quod crediderit Palladium, adeoque non verum abstulisse refert, auro interim vinctum in Templo Dei sui locasse Tid. Helio. Conf. pluribus Lips. de Vesta & Vest. c. IX. toto. De exitu ejus pauca comperta sunt, probabileque id ingruente, ut supra locuti fuimus, tempore τῆς διορθώσεως, h. efflorescente Christianismo contemptu, senio collapsum sensim exolevisse, sicut omnia quæ spiritum ab extrinseco tantum trahunt & interna ratione carent. Pompon. Lætus tamen Constantinum RomaConstantinopolin ferri locarique in foro jusfisse scribit: Sed in de alia Palladis imagine artificiosa capiendum, nam omnes Palladis imagines Palladia dicta, notante Eustach. in I. Iliad. Vel si de Palladio illo celebri intelligendum est, Constantinus certe superstitionem illam tenuit, quæ per aliquot secula Principes Populumque Constantinopolitanum licet Christianos habuit, sperandi tute-*

lam



Iam à figmentis inanibus sæpeque magicis, de qua re sequenti capite V. agetur.

## III.

Alterum Romanorum Pignus ANCILE fuit, itidem cœlitus demissum, eodemque fine, quem de Palladio prodidimus, ac PIGNORIS IMPERII nomen non minus ac Palladium ea de causa, meritum. *Sed tibi protulerit cum totum crastinus orem Cynthius, Imperii Pignora certa dabo.* Inducitur Jupiter cum Numa loquens ab *Ovid. Fastor. III.* Imperii Pignora, h. in quibus Sors Imperii confisteret, explicante eodem *ibid.* vel ut Cicero de Palladio explicat, *quo salvo Salvi sumus futuri.* *Phil. XI.* Hinc exclamat *Julianus Cesar* contra Christianos: *Omiseri Homines cum serventur arma, quæ Magnus demisit Jupiter, hæc est Pater Martis, Pignore dato, non verbo sed re, quod civitatem nostram perpetuo protecturus sit. cessatis adorare & colere.* ap. *Cyrill. L. VI. contr. Julian.* Cujus responsum paulo infra laudabimus. De ortu ejus *Plutarchus in Numa*; Percussis pestis violentia Romanis Peltam Æneam in manus Numæ cœlitus delapsam, de hac mira prædicasse Regem, ex Egeria se & Camænis accepisse, esseque ea arma, ad salutem Urbis missa, *Ἀθυμῶντων δὲ τῶν ἀνδράων ἰσπεῖται χαλκὴν πέλιω ἐξ ἔργων κατὰ Φερομένην εἰς τὰς Νεμῆα πρῶτον χεῖρας, ὅτι δ' αὐτῇ θαυμάσιον τινα λόγον λέγεσθαι ὑπὸ τῆ βασιλείας, ὃν ἠγερείας τε καὶ τῆ μισθῶν πρυθῆσθαι. Τὸ μὲν γὰρ ὄπλον ἦεν ὅτι σωτηρία τῆς πόλεως.* *Dionys. Halicarn. v.* paulo probabilius: Peltam illam, cœlestem repertam fuisse in Numæ Regia, illatam eo à nemine, ac ne visam quidem ad id temporis talem formam in Italia; E quibus duobus coniecisse Romanos, hoc ANCILE divinitus ad se missum esse. *Antiq. Rom. L. II.* Confentit *Ovid. III. Fastor.* *A media cœlum regione debiscere cœpit. Summisere oculos cum Duce turba suo: Ecce levi Scutum versatum leniter aura decedit, à Populo clamor ad astra venit, Tollit humo munus &c. Atq; ANCILE vocat &c.* Sed in eo infra majestatem PIGNORIS tanti crediti, magnitudinemque propriam descendit Numæ, quod alia illi similia fabricari curaverit, ut indiscreta humani Operis similitudo insidiatoribus omnem internoscendi divinitus missi ANCILIS facilitatem adimeret, ajente *Dionys. eod. l. Add. Plut. c. l.* Quasi non consilia Hominum omnia, contra Donum cœleste frustra futura, aut Deus si PIGNUS tantum demí-



demisisset omnibus infidiis majorem curam fervandi id habiturus fuisset. *Quem dat, servabit honorem*, non incongrue lemma quoddam in coronatione magni Regis nostri temporis expressit. DEO Origine Nominis varia adducit *Plutarchus eod. l.* De figura item; κύκλῳ ἢ ἐξ ἑνὸς κέντρου, ἢ δὲ ἀποδίδωσιν, ὡς πέλτη, τὴν περιφέρειαν: Non circulari esse figura, sed habere incisuram Lineæ tortuosæ, cujus reflexi sæpius apices, recurrentesque continenter in se mutuo ἀγκύλω i. curvam figuram redderent: Et Ovid. c. l. *ANCILE* vocat; *quod ab omni parte recisum est, quemq; notes oculis angulus omnis abest.* Custodia Saliis Sacerdotibus commissa, juvenibus decore conspicuis, quos Numa è Patriciis delegit, ἃς αὐτὸς ὁ Νῦμα ἀπέδειξεν ἐκ τῶν Πατρικίων δώδεκα τὰς Ὀπρεπέστας ἑπιλεξάμενος Νέας. *Dionys. c. l.* Locus Custodiæ fuit Sacrarium Martis, equo deprompta Ancilia, Salios solenni Festo Mense Martio per Urbem gestare oportuit, Hymnis Patriis, choreisque additis. V. *Plutarch. in Num.* Tum vero etiam si quando gentibus nationibusque Bellum per Feciales indicebatur, Ancilia in eodem Sacrario aut in Curia Saliorum commovere moris erat, quasi eo motu Martem è sua sede excitum eoq; propitio & volente arma expediri, exercitus apparari atque omnia hostilia esse designarent. *Alex. ab Alex. Gen. Dier. L. I. c. XXVI.* De Statu ejus sub Impp. nihil singulare proferre possumus, nisi quod legamus Titum Vespasianum gratias egisse eo quod numero Saliorum fuisset cooptatus, M. Antonium Philosophum deinde A. æt. IIX. in Saliorum Collegium relatum fuisse, in eoque omen Imperii cepisse, Præsulem deinde Vatem & Magistrum extitisse ap. *Jul. Capitolin. in M. Anton. & ex eo Alex. ab Alex. l. c.* Julianus Apostata deniq; ejus adhuc meminit *l. supr. cit.* Sed nullo fine, meritoque ob id risus à Cyrillo, unde post ejus tempora evuluisse tandemque evanuisse verosimillimum est.

## IV.

Hæc de celebrioribus illis orbis Ethnici PIGNORIBUS: Ut *Diana Ephesina Imaginem* quoque addamus, movent Nos Acta Apostolica, quæ Cancellarium Ephesinum eam τῆς Διοπετέως nomine honorantem inducunt *Act. XIX. 35.* quasi dixisset *Cælo delapsam*, vel ἀγαλλμα διοπετέως, *Simulacrum à Jove delapsum*, ut *Calvinus, Beza* reddide-

Diff. II.

G

runt,



runt, das vom Himmel gefallene Bild / *Piscator*, das himmlische Bild / *Lutherus*. Nec abnuunt plerique interpretes, ut *Chrysoſtomus Homil. XLII. in Act.* τὸ εἶδωλον τοῦτω τῷ Ἀρτέμιδι Διοπετῆς ἔλεγον ὡς ἐκ τῆς Διὸς τὸ ὄρανον ἐκείνο πεπρωκός, καὶ ἔχ' ὑπὸ ἀνθρώπων γεγόμενον. *Idolum Dianæ* Διοπετῆς dixerunt, quod ex Jove testa illa delapsa ἔ non ab homine facta esset. Et *Oecumenius in h. l.* Διοπετῆς ἔλεγον ὡς ἐκ τῆς Διὸς πεπρωκός. Διοπετῆς dixere quasi à Jove delapsum. Add. *Autor Catena Patr. in Act.* *Svidas item* Διοπετῆς ἐξ ἑρανῶν κατερχόμενον, ex Cælo descendens. Conf. plur. *Lorin. Comm. in h. l.* Ac vulgata quidem Jovis Prolem reddidit: Sed sine fundamento, nisi Διὸς παιδὸς ipsam loco τῆς Διοπετῆς legisse dicere velimus cum *Sanctio Comm. in h. l.* Et Dianam, adeoque Jovis prolem, qualis Diana credita, sed Imaginem, potius Dianæ intelligendam esse *Articulus τῆς* indicat, qui non τῆς sed τῆς Διοπετῆς futurus fuisset, si de Diana loqui voluisset. De fine præterea consentiunt, Græcos talia fabulatos fuisse πρὸς κατάπληξιν τῶν ἀπαισιότατων, ad terrendos simpliciorum animos. V. *Theophylact. ἔ Oecumen. in h. l.* *Svidas vero* ἀπερτῆς. Qui apud Græcos Simulacra conficiebant, terrorem hominibus ea spectantibus incutere volentes, φόβον ἐμποιῆσαι βελόμοι τῆς ὀρώσιν, dicebant Simulacrum à Jove demissum ἔ omni humana manu sumptuque præstantius esse: Quamobrem etiam id à Jove delapsum ἔ Cæleste simulacrum vocabant, ἑραῖον βρέτας, quod homini simile esset. Hoc autem ita per Præconis vocem promulgabant, Statutariis vel occisis, vel in exilium pulsis: ne Simulacrum illud manu factum esse dicerent. Famam autem factam spargebant per aures simpliciorum, quæ ipsam quoque Ephesiorum Urbem decepit. Hoc autem testatur illud Alexandrinum Simulacrum; *Ptolomeus enim* Artificibus ad conficiendam Dianæ statuam convocatis, opere jam perfecto, magno fossa effossa, doloque occultato artifices in illo loco cænare jusfit, qui cænantes illic terra obruti sunt ἔ ruina oppressi perierunt dignam suis laboribus mercedem reportantes. Ad materiam cognoscendam Verba *Plinii* adjicimus L. XVI. c. XL. De ipso Simulacro Dea ambigitur. Ceteri ex Ebano esse tradunt: *Mutianus* ter Consul ex his qui proxime viso eo scripsere vitigineum, & nunquam mutatum, septies restituto Templo. Hunc materiam elegisse eandem, *Canetiam* nomen Artificis nuncupans. An vero Ephesi eam pro PIGNORE Salutis coluerint, de eo nihil certi constat; Quia tamen se custodes Dianæ jactitarunt, ipsamque Ephesum Νεωκόρον ἔσαν τῆς μεγάλης Θεᾶς Ἀγ-



Ἀρτέμιδος ἔ τῃ Διοπετῆς ut Cancellarius c.l. Act. dixit, h. curatricem, vel edituam, ἔ Diane, ἔ Cœlitus demissa imaginis, verosimile est, ipsos spem Salutaris quoque hinc captasse, seque per imaginem istam in singulari tutela Dianæ constitutos credidisse. Conf. quæ de Literis Ephesinis Cap. VI. tradentur. Neque dubitamus, quin aliæ quoque Urbes aut Populi familia Pignora Salutifera habuerint; Talem namque & Imaginem Pefinuntinam aliqui annotant, inter quos Beza nott. in c. l. Actor. Eodemque sensu putamus Abdita Alexandrinorum constituisse, quibus præcipuos ipsorum, τῆς πρώτης αὐτῶν μεθ' ἱερῶν τινῶν ἀπορρήτων instante clade eorum funestissima Commodo obviam ivisse scribit Dion. Cass. L. LXXVII.

## V.

In Thracia ejusmodi PIGNORA salutis s. Tutelaria avertendis Barbarum invasionibus condita, sed Constantii Imp. jussu sublata fuisse ex Olympiodoro discimus, cujus Excerpta habentur apud Phot. Biblioth. f. 109. 190. Refert hic Scriptor, audisse se à Valerio Clarissimo Viro de Argenteis statuis ad Barbaros arcendos inauguratis, ἠὲ ἀνδριάντων ἀγορῶν, τετελεσµένων εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσι. Nam Constantij, inquit, Imp. temporibus Præfesto in Thracia Valerio, indicium factum Thesauri reperiundi: Valerius vero ad locum accedens sacrum illum esse Religione ex Incolis cognovit, & antiquo ritu Statuas ibidem consecratas. Retulit hæc ad Imperatorem, Rescriptumq; accepit, quo jubebatur indicata illa Bona tollere. Igitur effosso loco, tres solidæ ex Argento fabricatæ repertæ sunt statuae, specie Barbarica sitæ, ἔ utroq; Brachio ansato, veste præterea variegata Barbarico ritu induta, ἔ Comam capite gestantes, atq; in septentrionem, quæ Barbarorum Regio est, obversa. Quæ simul atque statuae sublatae sunt paucos post dies Gothorum primum Gens universam incurrit Thraciam, futuræq; paulo post erant Hannorum ac Sarmatarum incursiones in Illyricum, ἔ ipsam Thraciam: Ubi Thraciam inter & Illyricum sita sunt hæc consecrationis loca, & trium Statuarum numerus, adversus omnes Gentes Barbaras inauguratus videbatur. Hæc Olympiodorus, Homo Ethnicus superstitionem suam ita commendare conatus, in qua tamen causa illarum invasionum sita non fuit, verum in Politicis rationibus, quales omnium Regnorum invasionum esse solent, de quibus videndi Rerum Romanarum ac Græcarum Scriptores.



## VI.

Id vero imprimis improbandum, quod Romani pariter ac Græci crediderunt, migrandi necessitatem Diis suis impositam, ex quo concreditum sibi PIGNUS ablatum esset; Nec sanioribus ipsorum Ethnicorum de Religione Principiis congruit, minime certe illi, quod Seneca ait *Nat. Q. q. L. VII. c. XXX. De Deo agentibus cavendum, nequid temere, nequid imprudenter, aut ignorantes affirmemus, aut scientes mentiamur.* Divina Gratia sane nulli rei externæ aut arti humanæ alligari patitur. *Non externa cogunt Deos, sed sua illis in Legem æterna voluntas est; Sunt verba ejusdem Seneca Benef. VI. XXI. Neque ita homines à simulacro sed simulacrum ab hominibus servatum fuisset,* inquit, *Augustinus Civ. D: L. I. c. II.* Et Itane istis Romanam ne vinceretur prudentes commendare debuerunt, merito exclamat *seq. c. III.* Immo si pietate & Religione & justis precibus, Deorum mentes, non contaminata superstitione placari possunt, ut pie sentit Cicero *Or. pro Cluentio*, ecqui contaminato facinore aut furto, quod semper injustum est, præsidium cœleste abs se alienari credere potuerunt. Alia itaque ratio fuit, ob quam interitum metuere debuerunt, sæpe & experti sunt; non vis aut furtum PIGNORI illatum, sed delictorum enormitas: Hæc indignos Divino amore homines faciunt, quemadmodum alias inter Virum Bonum & Deum amicitiam conciliante virtute prædicat *Senec. de Provid. c. 1.* *Iniquitates vestrae diviserunt Deum & Vos, & peccata vestra absconderunt faciem ejus à vobis ne exaudiret,* inquit *Jesaias c. LIX. 2.* Confer. quæ de perversa Israelitarum fiducia dicta sunt *c. III. §. IV.* Cepit tamen illa opinio tantopere hominum animos, ut præsidii servandi causa Simulacra catenis ligaverint, quasi illis Deos retenturi. Sic Tyrii Apollinis Simulacrum aurea catena devinxerunt, premente Alexandri M. obsidione ap. *Curt. IV. III.* Et apud Pausaniam traditur Spartanos coluisse Martem compedibus irretitum, quo vinculo proprium sibi ac perpetuum Bellorum illud Numen haberent. Athenienses Victoriæ simulacro alas adimebant, ne scilicet urbem desereret; Errore plane intolerabili; Si enim Diis suis tantam tribuerunt potestatem, quantam Deo tribui fas est, quo sine suscipiebant cum ipsis imparem contentionem? Sin autem crediderunt à se in ordinem cogi posse, cur eos Divino cultu hono-

ran-



randos esse existimabant? *Freinshem. Not. in Curt. c. l. Conf. quæ de Nominibus Tutelaribus, Deorumque evocatione dicentur seq. c. VI. Sane, si quicquam, hoc est Deum inermem facere, & omnia illi Tela, omnem detrahere potentiam, quod Seneca Epicuro exprobrat Benef. IV. XIX.*

## VII.

*Vexillum Muhammedicum hoc loco etiam collocandum: Quod Turcæ credunt Gabrielem Angelum Muhammedi attulisse in signum victoriarum: Ideo & hodiernum in Gazophylacio CPLo custoditur, & in necessitatibus publicis palam expositum omnes qui septennio majores sunt, ad arma sumenda obligat: Cujus exemplum in seditione adversus Muhammedem IV. Imp. in pueritia ipsius mota Vid. ap. Autor. stat. Turc. L. I. c. IV. f. 32. & Theatr. Europ. T. XIII. ad A. MDCLXXXVII. Plura de eodem à nobis adducta Synt. Dign. Diff. II. c. II. §. 6.*



## CAPUT V.

## DE

## PIGNORIBUS CHRISTIANORUM.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>I. Signa Tutelaria Constantinopolitanorum; An Palladium inter ea fuerit?</p> <p>II. Imago Edessena; CPLa sub Heraclyto.</p> <p>III. Arca Fatalis Hispanorum, Hyantisbes Cista ap. Barclajum.</p> <p>IV. Ampulla Remensis, Auriflamma &amp; Scutum Liliatum Gallorum: Am-</p> | <p>pulle similitudo cum Lucerna Attica, Scuti cum Ancili Romano; Ampulla à quibus probata, cur &amp; quando in dubium vocata.</p> <p>V. Pignora Orgevillerie Familie in Gallia.</p> <p>VI. Lapis Jacobi Scotorum &amp; Anglorum.</p> <p>VII. Danebroga Danorum.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

G 3

VIII. Cor-



VIII. Cornu Oldenburgicum,

ritij Sabaudorum.

IX. Anulus Anhaltinorum, Alvensle-  
biorum, Austriacorum, S. Mau-

X. Aurum Ranzoviorum.

## I.

**I**Nter PIGNORA Christianorum initium in Oriente faciemus à Signis Tutelaribus Constantinopolitanorum, sed dubii, utrum hoc loco exhiberi, an in præcedens caput rejici deberent; Adeo enim omnia eorum Gentilismum sapiunt, origo, materia, forma, finis, pudendo utique Christianis facinore, ex tam pütido fonte præsidium salutis petatum fuisse: Causa quoque non meliori, quæ in ignavia Græcorum sita fuit, externis tabulis niti, quam vires animi corporisque intendere malentium, nec his se tueri, sed sub umbone ficulneorum istorum præfidiorum otiose latere amanti-um, nec negat id Nicetas, cujus Historia jamjam utemur, & Latinos Duce Balduino Constantinopoli potitos isthac evertisse quidem queritur, laudat tamen, ut viros industrios, qui omnia tentarint, omnia moliti sint, ac ne urbe quam occuparant exciderent, nihil intermiserint; Secus quam nostri, pergit de Græcis suis, qui cuivis ipsa etiam interula cedunt & patria relicta etiam pulverem pedum cupide excutiunt, non ut Evangelici Discipuli, sed ut degeneres omnino bellatores & in pugna mulieribus timidiores &c. Mirum profecto fuit, si viros istos accuratius intuearis, ni progressu temporis ipsi sese citra laborem confecerint, cum hostibus perpetuo ita cedant effæminati, erga popalares vero & civis suos adeo se inverecundos, audaces & pertinaces præbeant. Sed ad propositum: Nicetas Choniates, quem diximus, ea Σπιχειώδη Φυλακτήρια vocat *Annal. fin.* & quidem πάλαι ἀδόμυρα antiquitus celebrata, fuisseq; muri ac valli loco contra Hostes urbis instituta dicit, καὶ κτ̄̄ ἰερχ̄̄ & ταΦρᾱν προσεξ̄̄ρημύρα τοῖς κατ̄̄ αὐτῆς συντάττεισι Φάλαγγας, καὶ λόχος καθίζουσι δυσμύρεσι: Dubitat quidem quam vere, refert tamen inter ea fuisse imaginem seu Bellerophontis Pegaso vecti seu Jesu Nave equo infidentis, cujus calce revulsa humana subtus imago reperta sit Bulgarum aliquem majori ex parte referens: Totamque hanc molem, una cum aliis Latinos occupata Constantinopoli evertisse queritur: Non tamen, ut ille opinatur, ne rebus suis im-  
poste-



posterum obessent; Quid enim metuissent à rebus, quæ ne suis quidem tutelam præstare poterant? Sed in detestationem tot seculis retentæ superstitionis, & ut reipsa ostenderent, *infirma & egena elementa* fuisse, ut supra locuti fuimus *cap. II.* Si enim talia tantaque extiterunt, cur urbs expugnata fuit, cur sibi ipsis præsidio haut fuisse, cur excidium sui tam patienter exceperunt? Conf. iterum *Augustini dicta Civ. Dei I. c. II. & III. præc. c. §. ult. allegata.* Quid dicemus de Palladio, an id quoque una comprehensum fuerit? *Johan. Meles MS.* utique à Constantino Magno Constantinopolin avertum, fuisse diserte indicat, Ὁ δὲ αὐτὸς Κωνσταντῖνος ἀφελόμενος ἀπὸ Ῥώμης κρύφα τὸ λεγόμενον Παλλάδιον ξόανον, ἔθηκεν αὐτὸ εἰς τὴν αὐτῆς κτιζόμενα Φόρον ὑποκάτω τῆς κίονος τῆς ἐκείνης αὐτῆς, ὡς τῶν λέγουσιν τῶν Βυζαντίων, ὅτι ἐκεῖ κείνῃ. Idem Constantinus clanculum Roma auferens ita dictum Palladii Simulacrum, id posuit in condito abs se foro infra columnam Statutæ suæ, ut nonnulli Byzantini referunt. Idem verbis prope iisdem habet, ut sæpe solet, *Autor Chronici Alexandrini*, & adjicit tantum, Byzantinos id ex traditione accepisse, ἐκ διαδοχῆς ἀκέραια. Sed veremur ne aliam Palladis imaginem cum Palladio illo Tutelari confundant; Nam quascunque Palladis imagines Palladorum nomen tulisse jam supra indicatum *C. IV. §. II.* Et licet causam id suspicandi Phylacteria à Niceta commemorata præbeant, Constantini Magni Pietas tamen credere non finit. Interim fuisse Palladium aliquod Constantinopoli; idemque celeberrimum, non tamen à tutela quapiam, sed ab arte eximia, vulgo autem ob præsidium Latinorum suspectum, eaque de causa paulum ante expugnationem Urbis ad his factam comminutum ex *Niceta* iterum discimus in *Histor. Isaacij Angeli* una cum filio iterati Imperii. Sed & ebriosi quidam ex circumforaneis Minervæ simulacrum in foro Constantini Columnæ insistent in multas partes comminuerunt, τῆς Ἀθηνῶν ἀγαλμα εἰς πλείστα διείλον τμήματα. ἐδοκεῖ γὰρ τοῖς ἀφροσι σύρφαξιν ὑπὲρ τῶν ἐξ ἐσπέρας ἐσοικειῶν τῶν στρατῶν, dementibus enim visum fuit id pro tutela exercituum occidentalium formatum esse. *Assurgebat in XXX. pedum altitudinem indutum veste area, qua materia totum constabat demissa ad pedes & multis in partibus complicata, nequid appareret, quod natura tectum esse voluit, Baltheus lumbos arête*



constringebat. In pectore rectis mammis insigni *Aegidem* cum *Gorgonio* capite ab humeris dependentem gerebat, collum nudum & longum erat, jucundissimum spectaculum. *Æs* enim *Deamita* representabat, ut *Labia* suavem editura *Vocem*, si quis expectaret, viderentur: apparebant & *vena* & totum corpus qua decebat, mollius inflectebatur, & quamvis exanime animati corporis vigorem referebat. *Cauda* equina capiti imposta, terrorem quandam praeferebat. *Coma* à fronte dependens, in nodum contorta, & à tergo constricta oculorum erat delitium, *galea* non penitus contacta, sed ex parte prominens, *Leva* manus plicas *Vestis* continebat, altera versus austrum caput paulum inclinatum sustinebat, oculorum acies eodem intendebatur, ut qui situm angulorum non satis norant, simulacrum occidentem spectare & veluti manu allicere *Occidentales exercitus*, affirmarent haud sano iudicio oculorum decepti. *Ac illi* hac opinione impulsus *Minervæ Simulacrum* contriverunt, ac potius subinde ruentes in deterius, & contra semet armati fortitudinis & prudentiæ praesidem, nec typis expressam apud se ferre potuerunt.

## II.

Succedunt *Imagines Christianæ Salutiferæ*, qualis i. *Quam Edessam* inexpugnabilem praestitisse communis opinio in Oriente tenuit: Fuit ea *Imago Servatoris*, & quidem Θεός ἄνθρωπος, h. divinitus fabricata, ἢ ἀνθρώπων μὴ χεῖρες ἐκ εἰργάσασθαι, Ἀγλαρῶ δὲ χειρὸς ὁ θεός, ἐπεὶ αὐτὸν ἰδεῖν ἐπόθει, πέποιμφεν, quam non hominum manus effinxerant, sed *Christus Deus Abgaro*, quandoquidem eum cupierat videre, miserat *Evagr. L. IV. c. XXVI.* Ac licet de ea nihil in literis Domini ad *Abgarum* inveniatur, ἕως ἢ παρὰ τοῖς πιστοῖς ἀδεύει τε καὶ πιστεύει καὶ τὸ πέρας ἐδόξατο τῆς πίστεως ἔργον ἀπορρήσεως ἀγαγόντος, à fidelibus tamen decantatur & creditur eventumque opinioni parem nata fuit, fide quod de ea dictum fuerat facto comprobante. Iterum *Evagr. l. c.* Qui & à *Cosroe* *Perfarum* Rege expugnationem *Edessæ* tentatam, sed prolata *Imaginem* ductum ab eo aggerem unaque totum apparatus militare igni absumptum eoque *Cosroem* obsidionem solvere coactum fuisse scribit. Quod suo loco relinquimus: attamen monendum, quod & falsum vidimus *Evagrium*, nihil de hac imagine in literis ad *Abgarum* haberi. vel alias quoque in tota Antiquitate haberi Primumque extitisse *Johannem Damascenum*, qui ejus meminit, licet itidem non sine dubitandi nota, ferri ita, Φέρεται δὲ καὶ τὴν ἰσορῆα: Ab-



Abgarum nempe Pictorem misisse, ut Dominum depingeret, eum vero id non potuisse effectum dare ob resplendentem faciei Domini-  
cæ claritatem, itaq; ipsum Dominum vestimentum faciei suæ appli-  
cuisse eique imaginem sui impressam Abgaro misisse. Φέρει δὲ καὶ  
τις ἰσορῖα, ὡς ὁ Κύριος, Ἀυγάρι τὴν ἑδεσθενῶν πόλεως βασιλέον-  
τος, ζωγράφον ἀποσείλαντος τὴν τῆς Κυρίας ὁμοιογενῆσαν εἰκόνας  
μὴ δυναθέντος τὴν ζωγράφου διὰ τὴν ἀποσίλυσαν τὴν προσώπου λαμ-  
πρότητα, αὐτὸς ἰμάτιον τῷ οἰκίῳ προσώπῳ τῷ θεῷ καὶ ζωποιοῦ ὄπι-  
θεῖς ἐναπεμάχασα τῷ ἰματίῳ τὸ ἑαυτὸς ἀπεικόνισμα, καὶ ἕτως ἀπέ-  
σειλε τῆν ποθέντι τῷ Ἀυγάρι. *Orthod. Fid. L. IV. c. XVII.* Nec E-  
dessa quoque secutis temporibus evitare potuit, quin in manus A-  
garenorum una cum Tutelari Imagine sua veniret: Qui & eadem  
postea Romano Lacapeno Imperatori CPLD tradita Urbis suique  
excidium redemerunt. Vid. *Zonar. in Rom. Lacap. f. 154.* & ex eo *Co-*  
*spin. in Constant. Cas. f. 233.* Qui & Romanæ nunc videri una tradit,  
incertum qua occasione, quove tempore eo translata. Altera  
hujus generis erit, quæ in Heraclii Imp. Historia commemoratur,  
Tabula itidem Servatoris, vel ut *Vincent. Bellovac. S. Mariæ L. XXIII.*  
*c. XI.* de qua fama, fuisse, *tanquam de Cælo decidisset*, nullo hominum  
opere fabricatam, *Blond. Dec. I. L. IX.* Et apertius adhuc *Paul. Dia-*  
*conus Hist. L. XII.* Fuisse *Dei Figuram virilem, quam manus non depin-*  
*xerunt, sed in εἰκῶν Verbum, quod omnia firmat atq; componit, sine*  
*pictura formam, velut sine semine eduxit partum.* Pro salutifera fuisse  
habitam tum Blondi verba testantur, Heraclium contra Persas  
egredientem dextram hoc saluberrimo telo armasse, tum *Paulus Dia-*  
*conus l. I. In hac fisis à Deo picta figura cepit agones furamenta dans po-*  
*pulo &c.* Et similia forsan in aliis quoque ejusmodi Imaginibus vel  
alias Sanctitatis opinione commendatis quæsitæ fuerunt; Veluti  
Reliquias veteres *Sanctorum PIGNORA* vocat *Glaber. Rudolphus*, ea-  
demque ubique revelata fuisse scribit *Histor. L. III. c. IV. Sacrum PI-*  
*GNUS Simeonis Stylitæ* commemorat *Interpres Chronici Alexandrini f.*  
*743.* cujusmodi quid tamen in Græco Textu non habetur. Et Effi-  
giem quandam Ligneam Christi de cruce pnedentis *Sæveriorum avi-*  
*tum PIGNUS* fuisse prodit *Dan. Barthol. Vit. Xaverij L. IV. c. XXXIV.* Per-  
hibetque eam *singulis diebus Veneris ejus anni, quo fato functus est Franc.*

Diff. II.

H

Xa-



Xaverius, sanguinem sudasse, mox vero ubi vivere desit, sanguinem illum aruisse: Imo quot casibus & arumnis constrictaretur Xaverius in India, toties eandem Iconem in Paterna ipsius domo cruore undiq; stillasse. Sed his non immorabimur.

## III.

In Occidente PIGNUS olim tempore Regum Gothicorum in Hispania videntur extitisse *Arx* illa & *Arca Fatalis* Toleti custodita, quippe qua clausa, salvum fore Hispanorum Regimen, reſerata, idem concuſſum iri creditum fuit, nec eventus vulgatæ opinioni defuit. Historia legitur apud *Roderic. Toletan. de Reb. Hiſp. L. III. c. XIIIX. Mariam. Hiſp. L. VI. c. XXII.* & ex iis *Camerar. Op. Succif. c. VI. Richter. cit. Ax. LXXIIX. Lipſ. Mon. Polit. L. I. c. V. §. V.* Erat Toleti Palatium à multorum Regum temporibus ſemper clauſum & ſeris pluribus obſeratum: Hoc fecit Rex *Rodericus* contra voluntatem omnium aperiri, ut ſciret quid interius haberetur; Putabat enim *Theſauros* maximos invenire, ſed cum aperuit; præter unam *Arcam* repositam, nihil invenit: Qua aperta reperit Pannum quendam in quo *Latinis Literis* erat ſcriptum: Quod cum contingeret ſeras frangi, *Arcam* atque *Palatium* aperiri, & videri qua inibi haberentur, *Gentes* ejus effigiei, qua in eo panno erant depicta, *Hispanias* invaderent & ſuo *Dominio* ſubjungerent: Quod Rex videns doluit aperuisse, & ut erat prius fecit *Arcam* & *Palatium* inſerari. Erant autem in parvo depicta facies, ut vultus, diſpoſitio & habitus *Arabum* adhuc monſtrat, qui ſua capita tegunt *Vittis*, ſedentes in *Equis*, habentes *vestes* diverſis coloribus variegatas, tenentes *gladios* & *baculos* & *vexilla* in altum tenſa: Qua pictura Rex & *Proceres* timuerunt. Verba ſunt *Roderici Toletani*; Et *Mariana*: *Mauricis* ſimiles *vestes* atq; habitus viſi ſunt: Unde ex *Africa* tantum malum inſtare *Regi* & *Proceribus* qui aderant perſuaſum eſt, ſeraque pœnitentia ſubiit nullo fructu, magno periculo *Gentis* Arcana perſcrutatos eſſe, quæ tanta eatenus *Religione* ab omnium oculis ſubducta fuerant. Quid plura, inquit *Lipſius*, fides factis facta: *Julianus Comes* cujus filiam Rex ſtupraverat, ex *Africa* Hoſtes inducit, *Regem* occidit, *Patriam* perdit. Nos nihil addimus, quam & hic forte locum habiturum, quod *Cicero* de *Prodigiis* quibusdam ſcripſit: Quid eſt, cur divinitus ea potius, quam caſu facta eſſe dicamus. Nam & ipſi *Hiſpanici* *Scriptores* rem in medio relinqvunt: Ex *Ingenio* quiſq; ſuo in utramvis partem ſtatuat:



tuat: Nobis neque confirmare Argumentis, neque refellere animus erat, inquit Mariana l. c. Comparari interim posset cum monumento Orphei, de quo Libethræ vicinæ Urbi prædictum fuerat, ipsum à Sue deletum iri, statim atque illud opertum fuisset, ossaque Orphei Sol aspexisset, apud Pausan. in Bæoticis. Cui & eventum respondisse testatur: Narrat enim Pastorem quendam fessum juxta Orphei tumulum somnium cepisse, & in somno mox magna ac svavi voce Orphei versus decantasse; Eaque excitatos vicinos Agricolas & Pastores intermisso opere accurrisse & dum proxime quisque ad Pastorem accedere certaverit, columnam Monumento impositam evertisse: Qua ruente urnam fractam, ossaque Orphei Soli exposita fuisse, secutaque statim nocte Suem Amnem, unum è montis Olympi torrentibus, Libethriorum muros dejecisse, Hominesque & Animalia cuncta extinxisse V. Pausan. c. l. f. 305. Et si quid è cognatis adhuc addendum est, stabit quoque hoc loco Hyanybes Arca Arcanorum Familiæ ejus conscia, non lugubris tamen, sed læti exitus nuncia Regiæque Hiempsalis Nativitatis Testis ap. Barclaj. Argen. L. V.

## IV.

In Gallia tria prædicantur PIGNORA de cælo missa Imperii Gallici sempiterna, Scutum Liliatum, Phiala Odorata, & vexillum splendidum, purpuram æthercam confitens pro certo. ut loquitur Stephan. Forcatulus L. VI. de Gall. Imperio. Quo cum & alii Scriptorum Gallici passim faciunt. Sed Scutum Liliatum & Vexillum seu Auriflamma nunc fere in ipsa Gallia fide sua excidere, fatenturque ea nulla probati Scriptoris autoritate niti Berh. Girard. du Hailan. Lib. I. Franc. Joh. Tilletus Meldensis Episcopus Chron. ad Ann. DCCCXCI. XCII. Claud. Fauchetus L. de Insign. Scipio Dupleix in Clodov. I. Guilh. Marlotus de Insign. L. II. c. IV. Et de Scuto Liliato apertissime Joh. Tilletus in Curia Parisiensi ab actis L. De Dign. Franc. Fabula de Scuto Francico, quod Clodoveo Regi è cælo missum fuerit in Cænobio Gaudii Vallis, ubi Scutum cum tribus Liliis ostenditur, adinventum fuit post Carolum VI. De Auriflamma vero Scipio Dupleix: Fabulosum est similiter, Auriflammam Clodoveo Regi è cælo missam fuisse; Erat enim Vexillum Ecclesie S. Dionysii, quod olim Reges nostri ad bellicas magni momenti expeditione



*ditiones deferri jubebant.* Quæ pluribus exposita V. cap. *Chiflet. de Amp. Rem. c. l.* Phialam quod attinet seu *Ampullam Remensem*, uti à loco custodiae vacant, illa non alium quidem locum apud Viros egregios ipsosque Gallos passim accepit; Urgent enim, neminem veterum Franciæ Scriptorum toto seculo sexto, septimo & octavo ejus meminisse; Hincmarum Remensem Seculo nono jam inclinante primum ejus Encomiaften extitisse, Testimonia Decimi & sequentium dubitationes plena esse, aliis per Columbam, aliis per Angelum allatam esse agentibus. V. *Chiflet. c. l. c. III. IV. V. & seqq.* Imo temporibus Henrici IV. parum aberat, quin fides ipsi omnis abrogaretur, Guisianis quidem Regem, quem Urbe Remorum & usu Ampullæ exclusum ibant, una aditu Regni solenni exclusum iri sperantibus; Sed prudentioribus Regiarum partium eo ipso occasionem capientibus totum illum apparatus vili pendenti, ejusque ad Inaugurationem necessitatem negandi, Oleum quoque Turo-nense, tanquam illo divinius præferendi. V. *Thuan. L. CIIIX. Petr. Matth. ad A. MDXCIV. Bodereum ad A. eundem.* Interim sub Ludovico XIII. publica autoritate reducta, Numique in Inauguratione ejus sparsi, quorum Aversa manus insculpta Ampullam è cælo porrigens cum verbis: *Francis data munera cæli.* Postea quoque Inauguratione Ludovici XIV. denuo veluti confirmata fuit: Perstatque adhuc tali fulcimine erecta, defensaque si non justis rationibus, attamen Jure Externo, h. non tanquam vera, publica tamen autoritate pro vera haberi jussa. Exteris tamen licebit cogitare, quod *Gregorius Nazianzen.* de alio hujus generis argumento: Id tunc æstimabo ait, ὅταν ἢ κάλλος ἀποδέξωμαι τὸ ἐν χεράμασι, ἔπιθῆκον αἰδέσθω λέοντα εἶναι κεκελευσμένον, cum pictam quoque pulchritudinem laudandam duxero, simiamque ob id venerari cœpero; quod Leo esse jussa sit. *Or. 28. f. 480.* Ex veteri Historia vero parallelum sibi locum hic deponcet, *Ancile* quidem *Romanum* juxta *Scutum Liliatum*, juxta Ampullam vero *Lucerna Attica*, de qua *Pausanias* in *Atticis*: *Callimachus* Minervæ ex auro *Lucernam* fecisse, in quam *Oleum* infusum non consumptum fuerit, nisi exacto demum Anno, cum tamen *Lucerna* dies noctesque arderet; Sed evenisse ait, beneficio funiculi *Asbestini*, seu *Lini Carpasii*, ut pote ab Ignis vi prorsus illasi. Nempe & hanc Ampullæ virtutem tribuunt, quod ole-



oleum ejus etiam post decursum tot Seculorum non deficiat, cujus  
 justa ratio vero, si alias etiam non indagemus, erit, quod ad singu-  
 los Inaugurationum actus plus olei non extrahant, quam quod a-  
 cus cuspidi adhærere possit: Unde mirum non est, si oleum non  
 deficiat, cum nihil ejus fere auferatur. Ita nimirum nunquam  
 defuere, media opinione externorum vulgo imponendi. De Da-  
 nebrega. Parallela Auriflammæ V. seq. §. VI.

V.

E privatis Historiis Gallorum huc referetur, quod Comiti Or-  
 gevillero olim accidisse legitur, habeturque in Historia Vita Mare-  
 challi de Bassompierre unius è posteris Orgevillieri, e qua ex-  
 cerpsit Erasmus Francisci & Introductioni, Einleitung zu dem Ost-  
 und West Ind. Lust-Garten inseruit f. 68. hoc tenore: Simon von  
 Besein des Marschals von Bassompierre sein Uhr-anherr (Tritavus)  
 hat nach seinem Bericht geehliget die älteste Tochter des Grafen von  
 Orgevillier der Herr von Crouy die Mittlere/ und ein Rhein-Graf die  
 dritte. Ohne diese drey Töchter hat selbiger Graf keine Erben  
 mehr/weshwegen Er denen seine Güter ausgetheilet. Bey welcher Aus-  
 theilung des Bassompierre seinen Uhr-Ahnen die Ländereyen Rosieres,  
 Puligny, Accraigne, Remoncourt und Chicourt heimgefallen/ mit ei-  
 nem Maas/oder Streich Löffel/dem Rhein-Grafen ein Kleinods  
 Ring/ und dem Herrn von Crouy ein Trinck-Becher. Solche drey  
 Stücke hat gedachter Herr von Orgevillier, als der dreyen Verheyra-  
 teten Vater geschenckt bekommen von einem Weibes-Bilde/die in Ihm  
 verliebt gewesen/ und sich alle Montage in einer Sommer-Lauben zu  
 Ihm gefunden/ dahin Er gleichfalls alle Montage ohne einiges Aussehen  
 schlaffen gegangen/ und seiner Gemahlin eingebildet/ Er gienge in einem  
 Lust-Waldlein spazieren. Nachdem solches ein paar Jahr gewehret/  
 ist es der Gräfin verdächtig fürgekommen/ also daß Sie von der Zeit an  
 getrachtet die rechte Beschaffenheit zu erfahren/ und einsmahls im Som-  
 mer früh Morgens zu der Sommer-Lauben hinein geschlichen: Da  
 Ihr dann ein seltsamer Anblick zu gesicht gekommen: Dann Sie fand  
 ihren Herrn liegen bey einem Frauen-Bilde vollkommener Schönheit/  
 wolte aber weil beyde waren eingeschlaffen Sie nicht aufwecken/ son-  
 dern breitete allein einen Schleier oder Haupt-Tuch über ihre Füße/

H 3

das





das Sie auff dem Kopfe trug. Wie solches die schöne Beyschläfferin/ nachdem Sie erwachet. gemercket/ hebt Sie ein großes innerliches Geschrey und lamentiren an/ sprechend/ hinfort könne Sie ihren Liebsten allhier nimmermehr sehen/ noch Ihme näher weder auff hundert Meilen seyn. Hiermit hat Sie Ihn verlassen/ vorher aber drey Geschencke Ihm für seine drey Töchter verehret/ mit angehängter Vermahnung/ Sie und ihre Nachkommen solten dieselbe sorgfältigst aufheben / denn solche würden auff ihre Häuser und Nach-Erben Glücke bringen.

## VI.

Scoti Anglique Lapidem, cui Jacobus Patriarcha Olim indormisse dicitur, pro PIGNORE colunt majori quidem vulgi opinione, quam publica autoritate, attamen & hac non prorsus nulla. *Buchananus Lapidem Marmoreum rudem nuncupat, & inter ea refert, quæ Edvardus devicta Scotia sustulerit, animo abolendi omnem Gentis memoriam; Leges enim veteres delevit, ait, ritus Ecclesiasticos ad Anglicam consuetudinem traduxit, Historias, Fœdera, monumentaq; vetusta, sive à Romanis relicta, sive à Scotis erecta, destruenda curavit; Libros omnes Literarumq; Doctores in Angliam transtulit: Lapidem Marmoreum rudem, in quo fatum Regni contineri vulgo persuasum erat, Londinum misit; Neq; quidquam omnino reliquit, quod Spiritus generosos aut sui memoria ad pristina fortuna recordationem excitare, aut ad veram animi magnitudinem erudire & excolere posset. Rer. Scot. L. IIX. f. 266. Dixit vulgo persuasum fuisse Lapide eo fata Regni contineri, nec eventus fefellit, ab Intentione Edvardi Anglorum Rex tamen diversissimus: Nam Scotorum Regis in Angliam imperium, extincta initio hujus seculi Anglicorum Regum familia, tandem Lapidem hunc secutum fuit, eoque fata Regni Scotici ille vere implevit: Quo forsan & respexere, qui autores non ignoti in Scotia & à Nobis alias laudati Distichi de eodem fuere: Ni fallat fatum, Scoti hunc quocunq; locatum Inveniunt Lapidem, regnare tenentur ibidem. V. Wilh. SANDERSON Vit. Mariae Reg. Scot. & Jacobi Regis Angl. jam laudatum à Nobis Notic. Dign. Diff. III. c. I. §. VII. Eundem vero & hodiernum haut plane sperni argumento est, quod in Templo Westmonasteriensi sub Sella S. Edvardi Regis Inaugurationibus Regiis adhiberi solita collocatum custodiant, cui & Tabulam una appensam esse meminimus, veterem*

de



de eo opinionem Historiamque translationis è Scotia versibus aliquot more rudiorum seculorum scriptis comprehendentem, sequenti tenore: *De Scotico Congiario, Lapide suo quondam Regali, reposito jamjam in Anglorum Cathedra Regali propter pheretra Divi Edvardi Regis & Confessoris incliti apud Westminsterium Scethonidis Laureati Vaticanani Epithome:*

*Si quid habent veri vel Chronica cana fidesve,  
Clauditur hac Cathedra nobilis ecce Lapis,  
Ad caput eximius Jacob quondam Patriarcha,  
Quem posuit cernens numina mira poli:  
Quem tulit ex Scotis spolians quasi victor honoris  
Eduardus primus Mars velut armipotens,  
Scotorum domitor noster validissimus Hector,  
Anglorum decus & gloria militie.*

Judicium non addimus: Ipsi sapientissimi Britanni Externorum ejusmodi vires debilitatesve non ignorant, neque abnuent opinor, quod Aristidem de Mysteriis dixisse supra notavimus, ea in honore esse, sed alia propter antiquitatem, nonnulla necessitatis, quædam celebritatis causa, *Orat. Panathenaica sub finem.*

## VII.

DANE BROGÆ Vexilli apud Danos cœlitus delapsi, adeoque PIGNORIS eorundem, rarior apud Historicos mentio: Resuscitavit eam nostro tempore Sereniss. Daniæ Rex hodiernus Christianus V. instaurato *Equitum Danebrogæ* ordine, eaque occasione una cum Illustri ordine jam dicto prolixè descriptum accepimus à Celeberrimo Viro *Thom. Bartholino Tr. de Orig. Eq. Ord. Danebrogici*: Cujus summa est, Waldemarum II. seu Legiverum arma contra Livonos paganos sumfisse, Exercitum ejus vero multitudine Livonorum territum pugnam initio detrectasse, animatum deinde confixisse quidem, sed amissa per errorem, quam sequebantur, aquila, in fugam actum fuisse; At Regem retractis fugientibus pugnam instaurasse, aleam Belli invocato Numine, cui arma auspicio Regio consecraverat, faventio rem sibi sperantem. *Quos p̄j strenuiḡ Regis conatus, inquit Bartholinus, cœlum miraculo Divino promovit; Novum enim vexillum cœlitus delapsum, operis Textorij, in cujus rubea planitie Crux alba*



*alba nitebat fugientibus prælaturum ad pugnam acerrimam Danos revocavit, hostesq; in Triumphum non tam Regis invicti, quam Christi cælorum Domini duxit. c. l. f. 8. Conf. Pontan. Hist. Dan. I. VI. ad A. MCCXVIII. Qui & porro: Vexillum vero, ait, DANEBROGA exinde est nominatum, ac magna semper Religione veluti Regni PALLADIUM aliquod custoditum. Atq; existimatum putatumq; in præliis omnibus ex eo certantium pendere fortunam, ad morem fortasse, quo Cesar quoque Constantinus crucem Labaris intexam militi præferebat, cum simbolo, in hoc signo vinces. Contestatur tamen, se non disputaturum, an vexillum idem cælo demissum sit, an vero à Pontifice Romano, ut Regis studium excitaret, loco Cruciatæ submissum; Cui respondet Bartholinus: Deum in conversione Barbarorum signa extra Naturæ ordinem & prodigia non denegasse olim: Cruciatam Pontificum quoque ad Principes Christianos expeditionibus sacris accinctos mitti solitam toto cælo differre à DANEBROGA Waldemari; Crucem hujus enim ex aulis, numis & Sigillis colligi, esse immisam sine extremitatum protensione transversa, colore insuper candido in rubea planitie; At in cruciatæ crucem depingi ea forma qua in S. Sepulchri in Crucibus observatur, & colore rubicundo in candida veste. f. 14. 15. Idem postea per duo secula inter Danos mansisse testatur, eoque Christianum I. adhuc contra Svedos usum; Tandem vero in Bello Dithmarsico à Johanne Rege gesto inter spolia victorum deperditum fuisse, expirante, ut ait, quasi longo senio Labari cultum: Nempe ut omnia externa ejusmodi, quæ quia spiritum alienum, non proprium trahunt, cum progressu temporis senescunt, nutant, tandemque negliguntur, Conf. c. II. §. XII. Revixit interim memoria ejus, ut antea dictum, sub hodierno Seren. Rege Daniæ revocatis Equitibus Danebrogicis, eamque in rem eleganti carmine lusit Doctiss. Vir Olaus Borrichius, quod quoniam instituto nostro in primis inservit, à Bartholino itidem mutuandum atque hic subjiciendum duximus:*

*Videris è cælo delapsum Ancile salutem  
Protendisse Tuis Relligiosè Numa;  
Nil Tibi debemus, Romane, stat alter in Arcto  
Pompilius, cæli Claviger, orbis amor,*

Wal-



Waldemar è mediis Ancilia sanctius astris,  
 Evocat & Livonum castra tremendus adit.  
 Castra Gradivicolis licet exultantia Turmis,  
 Castra referta penu, castra animosa Duce.  
 Et contra hoc signo Crucis instimulatus & Hostem  
 Proterit, hoc verum Palladium esse videt.  
 Posteritas imitare pium dominantis acumen,  
 Cruxq; aderit votis obsequiosa tuis.  
 Dii bene Christiano! Regum qui maximus inde  
 Accersit Sceptro robora fida suo.  
 Illius auspiciis, quae sedit in aëre quondam,  
 Pectore nunc Procerum Crux generosa sedet:  
 Hanc Eques aumto gerit ad praecordia textu,  
 Hanc memor & gemmis signat & ore colit,  
 Quid revocata Crucis sequitur mysteria? Cedunt  
 Hostica, fortuna dant super astra viam.  
 Et si fata licet ventura exquirere, terræ  
 Is Dominus, cælo qui famulatur, erit.

## VIII.

In Germania nostra hujus generis est *Cornu Oldenburgicum*, Ot-  
 toni I. Comiti Oldenburgico circa *An. DCCCCXC.* à Virgine in spem  
 Salutis perennitatisque familiæ oblatum & in nostra usque tempora  
 custoditum. Historiam integram exhibet *Herm. Hamelmannus Chron.*  
*Oldenb. p. 1. c. X.* verbis sequentibus: Weil Graff Otto als ein guter  
 Jäger / der grosse Lust in der Jagt gehabt / sich auff eine Zeit in die Jagt  
 mit seinen Edelleuten und Dienern begeben / und am Bernefeuers Hol-  
 ze gejaget / er / der Graff selbst / auch ein Nehe gehezet / und demselbis  
 gen vom Bernefeuers Holze bis an den Ofenberg allein nachgerannt / und  
 mit einem weissen Pferde mitten auf dem Berge gehalten / und sich nach  
 seinen Winden umgesehen / spricht er bey ihm selber / dann es eine grosse  
 Hitze war: Ach Gott! Wer nun einen Kühlen Trunck hätte. So bald  
 als der Graff das Wort gesprochen / thut sich der Ofenberg auff / und  
 kömmt aus der Klufft eine schöne Jungfrau / wohl gezieret / mit schönen  
 Kleidern angethan / auch schönen über die Achsel getheilten Haaren / und  
 einem Kräncklein darauff / und hatte ein köstlich silbern Geschirr / so ver-  
 gült

Diss. II.

I



gült war in Gestalt eines Jäger-Horns / wohl und gar künstlich gemacht /  
geamulirt und schön zugerichtet / daß auch mit mancherley Waffen / der  
jetzt wenig bekant sind / und mit seltsamen unbekanntem Schrifften und  
künstreichen Bildern / auff und nach Art der alten Antiquiteten zusam-  
men gefoldert / und ausgepuzet / und gar schön und künstlich gearbeitet /  
in der Hand gehabt / das dann gefüllet war / und solches dem Graffen in  
die Hand gegeben / und gebeten / daß der Graf daraus trincken wolte /  
sich damit zu erquicken. Als nun solches vergültes silbern Horn der Graf  
von der Jungfrauen auff und angenommen / das auffgethan / und hinein  
gesehen / da hat ihm der Trinck / oder was darinnen gewesen / welches er  
geschüttelt / nicht gefallen / und derhalben solch Trincken der Jungfrau  
geweigert. Worauff aber die Jungfrau gesprochen: Mien lieber Herr /  
trincket nur auf meinen Glauben / dann es wird euch keinen Schaden ge-  
ben / besondern zum besten gereichen; Mit ferner Anzeig / wo er / der  
Graf / daraus trincken wolte / solts ihm Graf Otten und den Seinen /  
auch folgendes dem ganzen Hauß Oldenburg / wohl gehen / und die gan-  
ze Landschafft zunehmen / und ein Bedeyen haben; Da aber der Graff  
ihr keinen Glauben zustellen / noch daraus trincken wolte / so solte künfftig  
im nachfolgenden Gräflichen Oldenburgischen Geschlechte keine Ei-  
nigkeit bleiben. Als aber der Graf auf solche Rede keine Acht gegeben /  
besondern bey ihm selber / wie nicht unbillig / ein groß Bedencken gemacht /  
daraus zu trincken / hat er das silbern vergülte Horn in der Hand behal-  
ten / und hinter sich geschwengelt und ausgegossen / davon etwas auf das  
weisse Pferd gesprühet / und da es begossen und naß worden / sind ihm die  
Haar abgangen. Da nun die Jungfrau solches gesehen / hat sie ihr  
Horn wieder begehrt / aber der Graf hat mit dem Horn / so er in der Hand  
hatte / vom Berg abgeeilet / und als er sich wieder umgesehen / vermer-  
cket / daß die Jungfrau wieder in den Berg gangen / und weil darüber  
dem Grafen ein Schrecken ankommen / hat er sein Pferd zwischen die  
Sporn genommen / und in schnellem Lauff nach seinen Dienern geeilet /  
und denselbigen / was sich zugetragen vermeldet / und das silbern vergül-  
te Horn gezeiget / und also mit nach Oldenburg genommen; Und ist das  
selbige / weil ers so wunderbarlich bekommen / vor ein köstlich Kleinod  
von ihm / und allen folgenden regierenden Herren des Hauses Olden-  
burg gehalten worden / wird auch noch heutiges Tages zu Oldenburg  
ver-



verwahrt/ wie ichs dann selbst oft gesehen / ist auch von vielen der Kunst- und antiquität halben gelobet worden. Hæc Hamelmannus, à quo & ipsius Cornu Iconi hoc Carmen adjectum :

*Cornu heic videto argenteum,  
Auro oblutatum Eiconibus  
Celatum & arte insignibus;  
Venanti id Othoni obtulit  
Virgo, ut sitim inde stingueret;  
Nunc stirpi at inter mystica est.  
Tu Christe nate ex Virgine  
Cornu salutis, Vividus  
Expersq; litis fons, nectare  
Vitæ Supernæ inebria  
Hanc Stirpem & athla in languida  
Cornu salutis roborâ.*

Quibus breviter adjicimus, Cornu id eximio sese artificio omnino commendare, non tamen argenteum vel inauratum, sed alius plane materiæ esse, aureum Colorem subpallidum quidem imitantis, cæterum non omnibus æque notæ, nec omnium promiscue artificum manibus se submittentis; Nam columen, seu id quo pedis loco nititur, cum ante aliquot annos incuria tenentium fractum esset, nullo artificio cum reliquo corpore ferruminari potuit, eoque filis aureis, nisi fallimur, eidem qualitercunque annecti oportuit. Rati que proinde sumus, materiam ex fixo Mercurio Cornuque ipsum eximii cujusdam Chymici mediorum seculorum opus esse, id enim & Color subpallidus videntur arguere, & ipsa tractandi difficultas, quam de Mercurio non nesciunt, qui manum ipsi admovent. Et quoniam Ars figendi Mercurium inter singularia omnium temporum collocata fuit, ideo vir iste insignis, quisquis fuit, opinionem virtutis cujusdam humana majoris, unde unde captatam, operi suo conciliare studuit, ut eo fidelius ad posteritatem transmitteretur negligentius alioquin ab ignaris secutorum temporum habendum. Idemque autumamus de *Anulo veteri Comitum Hojensum, Anulo item Alvenslebensum & Anhaltino* similibusve sentiendum esse, de quibus jamjam plura dicenda erunt.



## IX.

Namque *Hamelmannus* fidem facturum narrationi suæ, aliis quoque, superioribus seculis, munera ejusmodi insolita obvenisse, & Nobilem Fœminam *Alvenslebiam Anulo*, Comitem *Hojensem* vero *Ense*, & *Linteo Asbestino pariter ac Anulo* à personis ignotis vel spiritibus donatum fuisse testatur: Und darff sich niemand ait, über diesem Handel so sehr verwundern/ dieweil sich dergleichen in vorigen Zeiten viel zugetragen / davon man noch heutigen Tag zu sagen weiß / dessen ich nur zwey Exempel erzehlen wil: Denn es sich für erst bey dem löblichen Adellichen Geschlechte / derer von *Alvensleben* / aufm Hause *Calbe* / an der *Wilde* in der *Marck Brandenburg* / für vielen Jahren begeben / daß des Damahls lebenden *Jungherrn* von *Alvensleben* *Hausfrau* / bey nachts schlaffender Zeit / als das Haus verschlossen / von einer *Magd* / so eine *Laterne* in der Hand getragen / auffgewecket / mit vielen guten Worten / einer *Frauen* in *Kindes* Nöthen zu Hülff zu kommen / gebethen / auch endlich darzu bewogen / jedoch zuvor vermahnet worden / wannsie in das Haus käme / daß sie weder essen noch trincken / noch auch dasjenige / was man ihr anbieten würde / annehmen sollte. Als sie nun der *Kindbetterin* Hülffe erzeiget / ist sie unbeleidiget wiederum auff das Haus geführet worden. Über eine Zeit hernacher / kömmt dieselbige *Magd* zu *Mitternacht* mit einer *Laterne* wieder / und trägt zwey *Schüsseln* auff einander gestülpet / wünschet der *Frauen* von *Alvensleben* von ihrem *Herrn* viel Gutes / und spricht ferner: *Ihr Herr* verehere sie hiemit mit einem *Kleinod* / nemlich / einem köstlichem güldnen *Ring* zur *Dancksagung* für erzeigten *Dienst* / den soll sie wohl bewahren; Dann so lange derselbige *Ring* ganz und unzertheilet auff dem Hause *Calbe* / und bey dem Geschlechte von *Alvensleben* bleiben würde / soll es floriren / und Glück und *Wohlfahrt* haben: Werde aber der *Ring* von *handen* kommen / oder zertheilet werden / so werde es auch demselbigen Geschlechte unglücklich / und nicht wohl ergehen / und ist damit verschwunden. Was geschieht? Als hernacher zweene *Brüder* mit einander die *Erbscheidung* fürnahmen / mußte dieser *Ring* auch getheilet werden / aber desjenigen *Linie* oder *Stamm* / so die *Theilung* am heftigsten begehret / ist aus- und abgangen / der ander *Theil* vom *Ring* aber soll noch heutiges Tages auff dem Hause *Calbe* in der *Capelle* verwahret werden.

Mit



Mit der andern Historie verhält sichs kürzlich also: Es ist einmahl einem Grafen zur Hoya (dessen Name mir gleichwol unbewust) ein kleines Männlein in der Nacht erschienen / und wie sich der Graf entsetzt / hat es zu ihm gesagt / er solte sich nicht entsetzen / dann er hätte ein Wort an ihm zu werben / und zu bitten / er wolle ihm das nicht abschlagen: Darauf der Graf geantwortet / wañ es zu thun möglich wäre / und ihm und den Seinen unbeschwerlich / so wolte er es gerne thun / da hat das Männlein gesagt: Es wollen die folgende Nacht etliche zu dir auff dein Haus kommen / und Abläger halten / denen woltest du deine Küchen und Saal so lange leihen / und deinen Dienern gebiethen daß sie sich schlaffen legen / und keiner nach ihrem Thun sehe / auch keiner darum wisse / ohn du allein / man wird sich dafür danckbarlich erzeigen / und du und dein Geschlecht sollens haben zu genieffen: Es soll aber in dem allergeringsten weder dir oder den Deinen Leid geschehen. Solches hat der Graf eingewilliget. Also sind sie die folgende Nacht / gleich als mit einem Reifigen Zeug / die Brücke hinan auff's Haus gezogen / und sind allesampt kleine Leute gewesen / wie man die kleinen Berg-Männlein zubeschreiben pfeget / haben in der Küchen gekocht / zugehauen und auffgegeben / und hat sich nicht anders / als wann eine große Mahlzeit angerichtet würde / ansehen lassen. Darnach fast gegen Morgen / wie sie wiederum scheiden wollen / ist das kleine Männlein abermahl zum Grafen kommen / und neben Dancksagung ihm offerirt ein Schwert / ein Salamander Lacken / und einen goldenen Ring / in welchem ein rother Löwe oben eingemachet / mit Anzeigung / diese drey Stücke solten er und seine Nachkömmlinge wohl verwahren / und so lange sie dieselben beyeinander hätten / würde es einig und wohl in der Graffschafft zustehen: Sobald sie aber von einander kommen würden / solte es ein Zeichen seyn / daß der Graffschafft nichts guts verhanden wäre / und ist der rothe Löwe auch allezeit darnach / wann einer vom Stamme ersterben sollen / erblichen. Es seyn aber zun Zeiten / da Graf Jobst und seine Brüder unmmündig waren / und Frank von Halle Statthalter im Lande gewesen / die beyden Stücke als das Schwert und Salamander Lacken / weg genommen / der Ring aber ist bey der Herrschafft geblieben bis an ihr Ende / wohin er aber sieder der Zeit kommen / weiß man nicht. Quibus in cumulum accedent, quæ de *Annulo Anhaltino* hoc ferè tenore narrantur: Principem Anhaltinam ex Puerperio





decumbentem solamque subinde relictam vidisse aliquoties Rubetam infra lectum prorepere & sub mensa lecto apposita micas panis aliasque ciborum reliquias solcite conquirere, cumque id sapiuscule fieret, delectatam studio animalis panem trivisse, micasque ei sparsisse, quæ satiata deinde ad consuetum sub lecto diverticulum se receperit. Finitis à puerperio proximis septimanis solaque iterum Principe existente; fores Conclavis primo pulsatas, mox puellam ingressam, salutemque principi à Rubeta, quam Dominam suam dixit, præcatam gratias egisse pro cibo Dominæ isti suæ eo usque præbito, & una in redhostimentum ejus manus obtulisse *Anulum, futura prosperitatis Domus Anhaltina, quam diu custodiretur, PIGNUS* futurum, additisque de Arce certis temporibus diligentibus custodienda monitis quibusdam discessisse vel evanuisse, Narrationes suis locis relictæ sunt; De Muneribus istis tamen seu *Pignoribus*, eodem modo ratiocinari licebit, fuisse singularis materiæ & artificii opera, Artificesque, ut perennitatem ipsis adderent, svavibus ejusmodi commentis ea commendare conatos fuisse. Id licebit colligere ex Rubri Leonis insigni in Annulo Hojensi; Id enim notam Chymicam exquisitioris operationis ipsiusque Chrysopoeiæ continet. Linteï Asbestini textura quoque plane eximium & Europæis ignotum artificium est, quidni ergo & hujus conservationi Artifex ille apud Hojenses studuerit, neglectim alias ab ignara posteritate habendi. Et Annulus Anhaltinus Colore subpallido, ut accepimus materiam suam è fixo Mercurio haut obscure prodit, difficilis quoque tractationis suæ, nisi fallimur, argumentum aliquod ante paucos annos edidit. Hoc modo igitur fortassis Artifices operibus suis rarioribus ac præcipue Chymicis consulere voluerunt, alias citius interituris, idque vel maxime superioribus istis seculis, quibus ignorantia & superstitio dominabantur, facileque proinde erat fidem rei insolitæ mereri. Nec ignoti sunt Chymicorum veterum modi arcana sua tegendi, tum verbis sublimioribus; tum narrationibus insolitis: Unde si hæc quoque inter eas locum suum occupare dixerimus, nihil alieni ab eorum consuetudine proferemus, An *Annulus Austriacus vel Sabaudicus S. Mauritiï* huc referri debeant non indagabimus: De priori legimus apud Lambecium

*Bibli.*



*Biblioth. Cæs. L. I. f. 28. Ex Auro, quod Magi Christo obtulerunt fabrefactum, ejusq; admirandam hanc virtutem fuisse, ut tempore Belli oraculi instar confuleretur, & victoriã insolito ac plusquam naturali splendore portenderet; Eumque Altari impositũ cum A. MCCCXXIII. coram Imp. Friderico Imp. Rudolphi I. Nepote ante enitium infelicis prælii cum Imp. Ludovico Bavaro Sacrum celebraretur, ex oculis omnium evanuisse, ac tandem post multos Anos in Austria repertum atque Ablerto Contracto fuisse redditum. Quorum & Celeberr. Spenerus meminit in Historia Friderici Pulchri Syll. f. 18. De Posteriori Fabric. Orig. Saxon. L. IV. f. 474. Petrum Magnum, Comitem Sabaudix Agaunum adiisse, ut Martyrum Legionis Thebæe inspiceret Monumenta. Ibidem, inquit, impetravit Anulum Divi Mauriti, quo in hunc diem pro Insigni utuntur Duces Sabaudix. Nam quicumq; possidet eum, etiam Principatus possessione uti solet, jam solenni more consuetudinis.*


## X.

De AURO RANZOVIORUM hæc habemus: Nobilem Ranzoviam superioribus seculis, Fœminam virtutum laude ac imprimis singulari in pauperes & ægrotos beneficentia commendatam, dum nocte illustri marito, sed gravi somno sopito accumberet, vidisse oberrantem in cubiculo virunculum, & quid vellet Rogatum; anxie ab eo imploratam fuisse, ne gravaretur uxori suæ extremis partus doloribus laboranti succurrere; Attonitam hæc fuisse quidem aliquamdiu, ac num morem gereret subdubiam, attamen, eodem instantissime sollicitante, secutam fuisse & in Crypta subterranea, similis staturæ mulierculam invenisse extrema agentem vel agere, simulantem, ei remedia sibi cognita applicuisse, sicque dolore ac partu levasse. Exhilaratos inde pusillos istos vel potius larvatos conjuges summis ipsam gratiis profecutos fuisse, virunculum vero segmenta quasi Lignorum hinc inde incrypta sparsa, quantum ferre posse videbatur, collegisse, reductæque in cubiculum Fœminæ Nobili eadem obtulisse, testatum se in memoriam accepti beneficii & una Pignus futuræ Ranzoviorum felicitatis isthæc non lignea, mansura, sed Aurum futura relinquere, Ranzoviosque quamdiu ea custodituri essent, fortuna opibusque florituros: Ex hoc Auro postea tres Harengas, tria Fusa & duodecim Numos formatos fuisse, eaque Ranzovios Ramis aliquot auctos inter se divisisse accepimus:

Fusa-



Fusaque dicuntur adhuc à Ranzoviis Neuhofensibus custodiri, Numi à Ranzoviis Breitenburgicis, nec sine fortunæ aliqua varietate, dum semel eorum aliquot occasione ludicum Rege Daniæ Gazophylacio Regio illati, post vero restituti fuerunt: Quorum & mentio facta ab Excell. Prof. *Amandernende Or. de Homuncul. in Holsatia viso*; Harengas à Ranzovio, qui in Gallia militavit ajunt perditas fuisse, quem constat in tenui fortuna improlem, corpore quoque hinc inde mutilatum obiisse. Ecquo Judicio vero hanc narrationem prosequemur? An dicemus Divino jussu Spiritum etiam invitum & larvas induentem ejusmodi PIGNUS Salutis afferre oportuisse? Vel an superstitioni Obscuriorum seculorum aliquid tribuimus Deumque effectus aliquos permisisse, ut alias in Ordaliis & ita dictis Judiciis Dei solitus fuit, opinabimur; Sed hisce nec certo, nec tuto fati niti licet. An ergo potius in responso ad superiora exempla dato, utpote benigniori acquiescimus, maxime cum & hic origo ex obscurioribus & ad credulitatem pronis seculis pendeat? Aliud certe non addimus, aliis tamen accuratiora meditandi spacium merito relinquimus. Summa sententiæ nostræ est, pleraque hoc capite exhibita PIGNORA vel Dolos Bonos virorum Illustrium, obtinendi majoris boni causa inventos, vel opera Insignium Artificum fuisse venerationem & æternitatem labori suo ex insolitis ejusmodi relationibus intendentium; Homines vero semel fiducia, licet erronea, sublimiores potentiæ imbutos enixius rerum suarum fatigasse sicque fortunæ augmenta cepisse, quæ deinde custodiæ talium PIGNORUM attributa fuerunt.



## CAP. VI.

DE COGNATIS & OPPOSITIS PIGNORUM RE-  
RUMPLIB.

I. Co-



- |                                                                                                                                                                   |                                                                                                          |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>I. Cognatorum Series, Alexandri<br/>M. Imago Tutelaris Macriano-<br/>rum Familiae.</p>                                                                         | <p>III. Auri Tolofani possessorum infe-<br/>licitas ejusq; causa. Aurum Fata-<br/>le Sigthunij R. S.</p> |
| <p>II. Occulta Nomina Urbium, de Ro-<br/>ma nomine occulto veterum an-<br/>notata; Fortune nomen Byzan-<br/>tij, Constantinopolis item &amp; An-<br/>tiochia.</p> | <p>IV. Equi Sejani Historia; Parallela<br/>ex custodia Sigilli Regij sub Ludo-<br/>vico XIII. R. G.</p>  |
|                                                                                                                                                                   | <p>V. Ensis Attilae.</p>                                                                                 |

## I.

**P**Utamus majorem partem destinata huic Dissertationi materiae nos confecisse, celebrioraque *Salutis PIGNORA* vera, ficta; vel certe dubia exhibuisse, quibus plura forsan hinc inde existent, sed nobis haecenus minus cognita, & ejusmodi, de quibus ex his quae dicta sunt facile judicium ferri possit. Restabit tamen, ut ex *cognatorum & oppositorum* loco ipsis adhuc aliquid lucis addamus, qualia sunt, quaecunque alias *Tutelaria* vulgo credita receptaque fuerunt, quorumve custodia hominibus non saluti, sed certo exitio extitit. Prioris generis erunt omnia, illa Amuleta, Periapta & Prophylactica, Teraphim item & Τελέσματα seu Talismana veterum, aliave à personis, rebus, actibus quoque singularibus petita vel iisdem tributa, de quibus videndi Scriptores, qui de Superstitionibus aut Magia egerunt, in primis *Voet. Vol. III. Diss. de Superst. §. VI. & seqq. de Magia §. VII.* & quos ille magno numero citat: Nam agnoscendum omnino est; ea vana superstitiosaque credulitate, saepe etiam illicitis actibus Magicis niti, tantoque minori proinde nobis curae erunt. Unum tantum adjicimus, incertum tamen, an ad Tutelaria ista, ad ad fortuita referendum quod apud *Trebellium Pollionem* legimus in *XXX. Tyrannis*; Macrianorum familiam id speciale semper habuisse: *Alexandrum M. Macedonem viros in Auro & Argento, mulieres in reticulis & dextrocherijs & in annulis & in omni ornamentorum genere exsculptum semper habuisse, eousq; ut tunica & limbi & penula matronales in familia ejus hodieq; sint, quae Alexandri effigiem deliciis variantibus monstrant.* Vidimus proxime, inquit porro, *Cornelium Macrum in eadem familia Virum, quum cenam in Templum Herculis daret,*

Diss. II.

K

pa.



pateram Electrinam, quæ in medio vultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem Historiam contineret Signis brevibus & minutulis, Pontifici propinare; quam quidem circumferri ad omnes tanti illius viri cupidissimos iussit. Quod idcirco posui, quia dicuntur iuvare in omni actu suo, qui Alexandrum expressum vel auro gestitant vel argento. Ipsa sane Trebellii Historia, in qua ibi versatur, opinionem istam conficit; Narrat enim Macrianum, filiosque ejus Macrianum & Quietum à militibus ad Imperium evectos, sed ab Aurelio victos interemptosque fuisse. Alexandri imago igitur in eo quo maxime opus habebant, vita & Imperio Macrianos iuvare non potuit.

## II.

Id quoque una tangendum duximus, quod Gentilium primo ac postea Christianorum animos diu occupavit; Consilium *Occulta Nomina* Civitatibus tribuendi, vel vetera cum Novis commutandi, quæ veluti Tutelaria earundem malorumque averrunca essent: Idque vel maxime hic inter Cognata locum accipiet, quia stantibus illis aut in abdito manentibus Salutem urbium perstare, divulgatis vel alio modo proffitutis calamitates singulares, ipsumque interitum iis imminere persuasum habuerunt. Sic Romæ Nomen etiam doctissimis ignotum fuit, *caventibus Romanis*, ne Deus in cujus tutela esset, & à quo Derivationem habebat, Gentibus pateret, & ut cæteri evocaretur, ut *Tolosanus* loquitur ex Sempronio de Divis. Italiæ, *Synt. de Rep. L. XXI. c. III. n. 45.* seu, ut *Macrobius* ait *Saturnal. L. III. c. IX. ne quod sæpe adversus urbes hostium se fecisse noverant, idem ipsi quoque hostili evocatione paterentur, si tutelæ suæ nomen divulgaretur: Ubi & morem arcanum eorundem, certo carmine evocandi Tutelares Deos, Urbis obsessæ refert, & una carmen in Carthaginensi obsidione prolatum exhibet. Conf. Plin. L. XXIX. c. III.* Qui quidem Dei Tutelaris nomen occultatum fuisse tantum scribit, sed facili cum prioribus Conciliatione, à Deo Tutelari enim Nomen occultum Urbis derivatum fuit. Similiter Byzantii à Phidalia conditi Fortunæ nomen *Ceros* fuit *Ἡτις πόλις ἐκτίθη ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ Φιδάλιας, καὶ ἐκάλεισε τότε τὴν τύχην αὐτῆς Κηρώλω.* Urbs initio à Phidalia condita fuit, quæ Fortunam ejus *Ceroen* vocavit. *Joh. Meleles λογ. XVI.* Quod imitatus postea Constantinus M. *τὴν τύχην τῆς πόλεως ὑπὸ αὐτῷ ἀνανεώθει.*



ωθείσης, & εἰς ὄνομα αὐτῆς κτιθείσης ποιήσας τῷ Θεῷ θυσίαν ἀνάμια-  
 κτην ἐκάλεσεν Ἀνθυσαν. Urbi à se instaurata & in nomen suum condita in-  
 cruenta victima litata Anthusam vocavit: Anthusam h. Floridam. Job.  
 Melel. c. l. Chron. Alex. f. 665. Antiochiæ quoque post gravissimum  
 sub Justiniano Imp. Terræ motum nomen *Theopolis*, tanquam aver-  
 runcum futurarum calamitatum tributum legimus, de quo aliisve  
 huc pertinentibus v. plura in *Diss. de Cognom. Rerum*.

## III.

Oppositorum h. quorum custodia Hominibus non Saluti, sed  
 exitio fuit, exempla proferimus *Aurum Tolosanum*, *Equum Sejanum*,  
*Ensem Attilæ* & ff. quorum ratio haut dubie ex vindicta Divina pe-  
 pendit, in primo & secundo injustam possessionem, in tertio ruinam  
 tot gentibus allatam averfata. *Aurum Tolosanum* dicitur pars Pecun-  
 iæ Delphicæ fuisse Sacrilegio primum à Brenni exercitu ablata, in-  
 deque Tolosanis, utpote parti exercitus, ac postea Cæpioni Con-  
 suli Romano, ob sacrilegii continuationem exitiosæ. Ita *Justinus*  
*L. XXXIII. c. II.* *Tectosagi cum in antiquam Patriam Tolosam venissent,*  
*comprehensiq; pestifera lue essent, non prius sanitatem recuperare, quam*  
*aruspicum responsis moniti, Aurum Argentumq; Belli Sacrilegiiq; questum*  
*in Tolosensem lacum mergerent. Quod omne magno post tempore Cæpio Ro-*  
*manus Consul abstulit. Fuere autem Argenti pondo centum decem millia,*  
*Auri pondo quinquies decies centum millia. Quod Sacrilegium causa exitij*  
*Cæpioni exercituiq; ejus postea fuit. Romanos quoq; Cimbrici Belli tumultus,*  
*velut ultor Sacre pecunie, insecutus est. Ac Strabo quidem Tectosages*  
*eo crimine liberare conatur, in Cæpione tamen ac Romanis idem*  
*relinquit Geogr. L. IV.* *Tectosages quidem traditum est interfuisse Delphicæ*  
*expeditioni, & thesauros quos Tholose (ea urbs est Tectosagum) Cæpio Roma-*  
*norum Dux invenit partem fuisse pecuniarum, Delphis ablatarum, quibus*  
*illi de suis facultatibus additione facta, eas placandi Numinis gratia consecra-*  
*verint, itaq; Cæpionem qui contrectasset eas, vitam in calamitatibus finivisse,*  
*tanquam sacrilegum, patria ejectum, relictis heredibus filiabus, quas Tima-*  
*genes scribit constupratis turpiter perijisse, Probabilior autem est Posidonij nar-*  
*ratio. Is inventas Tolose pecunias ait cclxx. lxx circiter fuisse talentum, par-*  
*tim in sacranis repositas, partim in sacris lacubus, neq; signatas, sed aurum*  
*argentumq; infectum fuisse. At templum Delphicum illo jam tempore vacuum*

K 2

fuisse



fuisse hujusmodi rerum, jam in Sacro bello à Phocensibus spoliatum, quod si quid fuerit ibi repertum, fuisse id inter multos divisum, neq; verisimile esse, Teetosagas in patriam rediisse salvos, qui post diceffum à Delphis miseris pressi, ob diffensionem alij alio dispersi abierint. Ergo, quod hic cum multis aliis tradit, regio illa auri dives cum esset, hominesq; eam tenerent superstitiosi, ac in vitam degendam non sumtuosi, factum est, ut multis in locis Gallia thesauros haberet. Maxime autem paludes eos tutos prestabant, in quas argenti aut etiam auri pondera demittebant, Romani itaque potiti ea ditione, paludes publice vendiderunt, multiq; eorum qui emerunt, molas ex argento ductas reppererunt. Quam narrationem in medio relinquimus; Satis enim est annotari, veteres Auri Tolofani possessionem ideo exitiosam credidisse, quod Sacrilegio acquisita esset, quemadmodum & hodiernum id vulgo quidem, attamen non malè observari cernimus, misere perire, quicumq; à rebus Sacris non abstinent manus violentas, quibus verbis Erasmus utitur *Adag. Chiliad. 1. Cent. X. n. 98.* Deus enim vim ejusmodi, licet Idolis illatam non minus ac perjuriam in falsos Deos commissa, in sui injuriam trahit, quia non odio Idololatriæ, sed animo, prædandi contemptuque rei sacræ fit, quod in injuriam veri vivique Dei cedit. Sic Thefauri ex Idoleo Chinenfi præterito seculo à Christianis Portugallis prædandi animo rapti universæ classi exitio fuere: Quam Historiam V. ap. *Pinton. Itin. c. XXII.* Et de direptione Urbis Romæ A. MDXXVII. facta narrat Autor Historiæ ejus, *spoliis & divitiis supra vota onustos pessime plerosq; interiisse, adeo ut miles ne centesimus quidem quisq; patriam suam quicquam de eo intulerit. Hist. Dirept. Rom. f. 119. Conf. de Auro Tolofano A. Gell. L. III. c. IX. Erasm. cit. Chiliad. I. Cent. X. n. 98. Merul. Cosmogr. P. II. L. III. c. XXXVII.* Sigthunio unius ex antiquissimis Regibus Svedicæ Aurum fatale extitisse, ejusque rei à Sacerdotibus monitum fuisse, *Ab Auri metallo nempe sibi supremam perniciem & mortem fatali necessitate imminere, ideoq; summo opere ab eo cavendum esse, à ferro aut Chalybe cæterisq; metallis nunquam violari vel occidi posse, docet Job. Mag. Histor. Sued. L. II. c. V.* eique eventum postea respondisse, Sigthunio Clava, cui Aurum infusum fuerit, à Gramo Danicæ Rege occiso, perhibet, *ead. L. II. c. VI.*

Equum



## IV.

Equum Sejanum deinde, à Cn. Sejo Domino nominatum, tali fuisse fato seu fortuna ferunt, ut quisquis haberet eum, possideretq; is cum omni domo, familia fortunisque omnibus ad interuersionem deperiret. Itaq; primum illum Cn. Sejum dominum ejus, à M. Antonio, qui postea Triumvir Reip. constituenda fuit, capitis damnatum, miserando supplicio affectum esse. Eodem tempore Cor. Dolobellam Consulem in Syriam proficiscentem, fama istius equi adductum Argos divertisse, cupidineq; habendi ejus exarsisse, emisseq; eum H.S. centum millibus. Sed ipsum quoq; Dolobellam in Syria bello civili obsessum, atq; interfectum esse. Mox eundem equum, qui Dolobellæ fuerat, C. Cassium qui Dolobellam obsederat, adduxisse: quem Cassium postea satis notum est, Victis Parthis, fusosq; exercitu suo, miseram mortem oppetiisse. Deinde Antonium post interitum Cassii parta victoria, Equum illum nobilem, Cassii requisisse: & cum eo potitus esset, ipsum quoq; postea victum atq; desertum, detestabili exitio interisse. Hinc proverbium de hominibus calamitosorum diciq; solitum: Ille homo habet Equum Sejanum. Sunt verba A. Gellij L. III. c. IX. ex parte etiam ab Erasmo citata Adag. Chil. I. Cent. X. n. 97. Conf. Gerner. Histor. Anim. L. I. f. 616. Quid dicemus? Accusabimusne ipsum Animal tanquam Diomedis Equis prognatum, ut Strabo & A. Gellius referunt, quos Homines devorasse veteres tradiderunt. Sed Palaphatus jam Anthropophagiam istam Equorum saniori sensu donavit, Diomedem nempe usque adeo Equis delectatum fuisse, ut omnia bona sua iisdem insumserit; Eaque de causa Equos istos Hominivoros nuncupatos fuisse. V. Fab. Narr. f. 118. Vera itaque causa forsan in injusticia possidendi sita fuit, ut quod semel vero Domino injuste ablatum fuit, nullo jure apud alium convalescere potuerit: Quemadmodum in exemplo jamjam allegando eam instabilitati Aulicæ transcribi oportuit. Sigillum Regium Galliaë enim sub Ludovico XIII. aliquamdiu cognomen Equi Sejani, vel certe similitudinem cum eo tulit, dum custodia ejus intra breve tempus aliquot Viris insignibus fatalis extitisse deprehensa fuit. Brulardo enim circa A. MDC XVI. ademptum ad Væxum transiit, ab hoc eodem Anno ad Mangotum, à Mangoto A. MDC XVII. iterum ad Væxum, sed & tunc quadriennii tantum custodia, MDC XXI.

K 3

enim



enim extinctus fuit; Inde Vicæus, & Camartinus id tenuere, sed itidem brevi tempore ambo mortui. Tandem A. MDC XXIII. ad Brulardum rediit, sed mox iterum ab eo abstinere jussum. Mors, Privatio Munerum, aliaque incommoda, tanti lapsus assiduæ comites fuere nec exiguæ, sed tanto graviores calamitates, quanto sublimior Dignitas extitit: vereque proinde id fuit Equum Sejanum habere. Conf. *Serman. Inu. Hist. Franc. ad A. MDC XXIII. f. 1003.*

## V.

*Gladium Attilæ* quoque possessoribus exitio fuisse notat *Lambertus Schafnaburgensis* exemplo Ottonis Bavarix Ducis ditionibus omnibus exuti, Dedonis Marchionis Misnia per insidias occisi, Lupuldi de Merseburg fortuito lapsu in ipsum illum Gladium confossi, & una scribit de eo jam ante Bella Attilæ prædictum fuisse, ipsum ad interitum orbis Terrarum & perniciem multarum Gentium fatalem fore, Attilæque populares ea de causa eundem non minus ac ipsum Attilam *Flagellum Dei* dixisse *Annal. ad A. MLXXI.* cujus de eo narratio hujus in modum se habet. *Notatum est hunc ipsum gladium fuisse, quo famosissimus quondam Rex Hunnorum Attila in necem Christianorum atque in excidium Galliarum hostiliter debachatus fuerat. Hunc siquidem Regina Hungarorum mater Salomonis, Ducis Bajoariorum Othoni dono dederat, cum eo suggerente atque annitente Rex filium ejus in Regnum paternum restituisset. Cumque eum Dux Otho filio Dedi Marchionis Dedi Juniori in argumentum pignus individue dilectionis ad tempus prestitisset, illo interempto Regi & per Regem Lupoldo casu obvenerat. Unde plerique Ducis Othonis fautores Divino hunc judicio per eum, qui Ducis Othonis fuisset, gladium occisum interpretabantur, eo quod ad illum persequendum & de palatio ejiciendum is potissimum Regem instigasse diceretur. Legitur autem de hoc Gladio in gestis Getarum, qui & Gothi dicuntur, quod Martis quondam fuerit: Quem bellandi præsidem & militarium armorum primum repertorem Gentiles mentiebantur eumque post multa tempora pastor quidam in terra leviter absconsum deprehenderit ex sanguine bovis, cujus pedem dum in gramine pasceret vulnereverat, isque eum Attilæ Regi detulerit: Divinatumque illi fuerit omnium tunc temporis aruspicum responsis,*  
quod



quod gladius idem ad interitum Orbis Terrarum atque ad perniciem multarum gentium fatalis esset: *Quod verum fuisse Oraculum multarum Nobilissimarum in Gallis Civitatum hodieque testantur excidia, in tantum ut Gladius ipse vindex Iræ Dei, sive Flagellum Dei à Barbaris quoque diceretur.*

FINIS









Lf 342 i

ULB Halle 3  
004 504 178




IA 70L

VOTA







J. C.  
DOCT  
DISSERT  
M







Ka 3050<sup>13</sup>

I.N.D.E.D.N.J.C.  
DISSERTATIO  
DE  
**PIGNORIBUS RE-  
RUMPUBLICARUM,**  
In  
UNIVERSITATE FRANCOFURTANA  
PRÆSIDE  
**JO. CHRISTOPH. BECMANO,**  
D. ET HISTOR. AC POLITIC. PROFESS.  
PUBLIC. ORDIN.  
PUBLICÆ EXHIBITA  
a  
**GERHARDO HERMANNO Grund /**  
Stado Bremensi,  
In  
**AUDITORIO PHILOSOPHICO MAJORI,**  
AD D. XIIX. JULII ANNO MDC LXXXV.



FRANCOFURTI  
Impensis PAUL GÜNT. Pfotenbauers / Bibliop. Coburg.  
DISSERT. II.

